



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Tabula Archiepiscoporum Sanctae Ecclesiae Mediolanensis. Ex Decreto  
Concilij Prouincialis IIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

Quæ ad hæc Clericorum constitutiones generatim pertinent.

**H**æ constitutiones ad clericos pertinentes, semel vt minimum singulis mensibus in triclinio legantur: quibus, sicut & cæteris omnibus, quæ a Re-  
gore præcipiuntur, obediētes erunt;

ab eoque vel a Ministro impostas penas promptè subibunt.

Illud quæ omnes meminerint, nisi bene ac religiosè se gesserint, fore vt eijciatur à Seminario; atque compellatur sponsor, vt totum id deponat, quod pro illis spon-  
ponderit.

T A B V L A  
ARCHIEPISCOPORVM  
SANCTAE ECCLESIAE  
MEDIOLANENSIS.

Ex Decreto Concilij Prouincialis IIII.

E D I T A.

1 S.

**B**

arnabas Aposto-  
lus, Cyprius, Ro-  
mæ primùm fidē  
prædicauit, dein  
de Mediolanen-  
sem Ecclesiā in-  
stituit: in qua epi-

scopus sedit annos v i i. Inde Bergo-  
mum, & Brixiam profectus; hic Nar-  
num, illic Anatolium episcopum reli-  
quit.

2 S. Anatolius, beati Barnabæ Apo-  
stoli discipulus, Græcus, Cyprius, sedit  
annos x. Lino Pont. Mediolano ab Apo-  
stolo Barnaba Brixiam euocatus, ob fi-  
dem in ea vrbe conitanter multa per-  
pessus, in Domino obiit septimo calen-  
das Octobris. Quem diem eius natalē  
ecclesia Mediolanēsis officio precum so-  
lenni colit.

3 S. Caius Sergius, Romanus, sancti  
Barnabæ Apostoli discipulus, vitæ san-  
ctitate, & charitate erga pauperes in  
primis mirificè præluxit. Vitalem &  
Valeriam coniuges, beatorum marty-  
rum Protasii & Gervasii parentes, a-

liosque ciues Mediolanenses senatorij  
ordinis baptizauit. In prædio Ca-  
siritiano cæmeterium, vbi martyres  
sepelirentur, dedicauit. Romam pro-  
fectus, euangelij prædicationem cum  
beato Clemente, cæterisque Aposto-  
lorum discipulis communicauit. De-  
mum fidei causâ cum Clateo Brixie  
Episcopo multa perpessus, obiit in Do-  
mino, quinto Calendas Octobris, Se-  
dit annos x i i. Sepul. est in basilica S.  
Naboris.

4 S. Casiritianus Oldanus, Medio-  
lanensis, Basilicas tres, vnam Portia-  
nam, alteram Faustinianam, tertiam  
beati Ioannis Baptistæ ad Concham æ-  
dificauit. Calimerum græcum homi-  
nem, egregium christianæ pietatis cul-  
torem, benignè excepit, diuque aluit.  
Peregrinos, & pauperes fouit perpetuo.  
Ad Iesû Christi fidem Ecclesia  
Mediolanensi x i i. annos religiosè ad-  
ministrata, conuertit multitudinem  
innumerabilem. Vitæ sanctitate cla-  
rus; migravit ad Dominum Calen-  
dis Decembris. Eius corpus via Ro-

Ggg 2 mana

mana sepultum est in cœmeterio peregrinorum.

5 S. Calimerius Græcus, Romæ educatus in Romanorum Pontificum disciplina, a sancto Castritiano Basilicæ Faustinianæ clero adscriptus, post, Archiepiscopus creatus, non solum diocesim Mediolanensem, sed Liguriam omnem religione illustravit. Quo nomine accusatus, a fidei hostibus in Hadriani persecutione comprehensus, primò variè cruciatus, tum vulneribus confosus, denique certicibus gladio transverberatus, præcepit in puteum deturbatus, martyrio coronatur Prid. Calend. Aug. Sedit annos LIII. sepelitur in cœmeterio Caij.

6 S. Monas Burrius, Mediolanensis, philosophiæ scientiæ præstans, & sanctimoniam in primis nomine illustris, mirabiliter Archiepiscopus factus, patrimonium amplum ecclesiæ donavit. Mediolanum parochijs centum & quindecim distinxit. Ieiunijs, orationibus, & charitatè erga pauperes, ecclesiam sibi commissam decoravit: cui præfuit annos LIX. Eleuthero, deinde Victore, ac præterea Pontiano Pontifice; Obijt in Domino septimo, Cal. April. Vacavit diu Archiepiscopatus.

7 S. Mirocles, cuius Mediolanensis, beati Epiphanijs Episcopi Ticinensis propinquus, Romam a Melchiade Pontifice ad synodum evocatus, in illius consilio præclarè adfuit. Ecclesiam Mediolanensem eximie excoluit: in qua stans horis psallendi certam regulam præscripsit. Fuit virtutum episcopatum gloria valdè admodum ornatus, sed hospitalis maximè. Sedit annos XXI.

8 S. Protasius Algisus, Mediolanensis, beati Mirocletis discipulus, post illius obitum Archiepiscopus creatus, sedata persecutionum tempestate, mirabiles disciplinæ ecclesiasticæ progressus habuit. Sardiniam ad concilium venit. Epiphanium Papiæ episcopum de more consecravit, Sedit ann. XI.

9 S. Maternus Mediolanensis, cum Mirocle Archiepiscopo presbyter, pro gloria Christi in Maximiani persecutione, vincula, carcerem, verbera, con-

stantissimè pertulit; aliosque Carporum in primis & Fidelem ad martyrium confirmavit. Archiepiscopus deinde, sancti Victoris martyris corpus inventum sepeliit. Meliodorum Dertonæ Episcopum consecravit. Sedit annos XV. Qui evit in Domino XI. Calend. August. sepult. est in Basil. sancti Naboris.

10 Orosius Mediolanensis, Suestro Pontif. vnà cum Nazaræo Lectore synodo Arelatensi IT. interfuit: vt in antiqua actorum ecclesiæ Mediolanen. monumenta relatum est.

11 S. Eustorgius L. Græcus, in Materni locum Archiepiscopus creatus, cum alijs ad pietatem insignibus monumentis ecclesiam Mediolanensem decoravit, tum sanctorum Magorum corpora, iam pridem à Parthis Constantinopolim asportata, inde Mediolanum mirabiliter transtulit. Sedit annos XIX. Siluestro Pont.

12 S. Dionysius Marianus, Mediolanensis, omni virtute, atq; adeo vitæ innocentia præstans, vt Apostolorum similis putaretur. Causæ beati Athanasij defensor, in concilio Mediolanensi à Constantio Imperatore arianæ sectæ studio damnatus, & in vltimam Cappadociam relegatus, ibi omni laude florens, fuit apud omnes in magno honore. Demum in exilio pro fide catholica variè afflictus, propiorum martyribus titulo spiritum Deo reddidit. Eius corpus Aurelius Ridianus vrbis episcopus Mediolanum ad sanctum Ambrosium transtulit. Sedit autem S. Dionysius ann. XI. Liberio, ac deinde Damaso Pont.

13 Iulius Mediolanensis, interfuit Iulio I. Pont. in synodo Romana: cuius actorum vestigia expressa extant.

14 S. Ambrosius, Ambrosij filius, Romanus, Ecclesiæ Doctor, corporis statura mediocri fuit, aspectu graui, & pulchro, naso paululum oblongo, capillis flauis, fronte lata, vnoque oculo supercilijs elato; animi autem virtutibus egregijs, vereque episcopalius floruit. Omni religionis catholice officio doctrinaq; ecclesiæ Dei profuit: atque ob eam causam eius nomen non latine solum, sed græcè, syrcque cele-

celebratum, vbiq; in omni ecclesia ma-  
gnum est. Præfuit verò ecclesiæ Med.  
annos XXIIX. Damaso, ac deinde Siri-  
cio, Pont.

15 S. Simplicianus Catanus, Medio-  
lanensis, genere, & morum pietate cla-  
rus, ab incunte ætate optimis studijs im-  
butus, doctrinæ & religionis præclara  
testimonia ab sanctis Ambrosio & Au-  
gustino accepit. Victorinum rheto-  
rem nobilem ab impura idolorum su-  
perstitione ad Iesu Christi fidem Ro-  
mæ conuertit. Concilij Carthaginen-  
sis legatos, a quibus de re graui consul-  
tus est, ad se missos benignè excepit.  
Gaudentium Nouariæ episcopum con-  
secrauit. Diuinorum officiorum, quæ  
sanctus Ambrosius instituerat, ritibus  
ecclesiam Mediolanensem auxit. Se-  
dit annos III. Anastasio Pontif. Ex hac  
vita cessit XI. Calend. Septembris  
Sepultus est in basilica beatæ Mariæ  
Virginis.

16 S. Venerius Oldradus, Mediola-  
nensis, sancti Chrysostomi græcarum  
literarum testimonio celebratus, ad  
quem etiam vsque ab Africa synodus  
Carthaginensis legatos misit, virtutum  
summarum, & sanctitatis multis mira-  
culis testificatæ laude clarus, ad præ-  
mium abiit in cælum IV. non. Maii. Se-  
dit ann. IX. Anastasio, & deinde Inno-  
centio I. Pont. Eius corpus sepultum est  
in basilica Apostolorum.

17 S. Marolus, Innocentii I. familia-  
ris, vir ieiunio vigiliisque deditus, in  
oratione, ac meditationibus frequens,  
quem Ennodius Ticini episcopus ver-  
sibus laudauit, declarata diuinitus eius  
sanctitate, præfuit vtiliter ecclesiæ Me-  
diolanensî, annos XV. Zosimo, deinde Bo-  
nifacio Pontif. Sepultus est in basilica  
Apostolorum.

18 S. Martinianus, de quo in Concilij  
œcumenici Ephesini acta relatum est,  
sanctissimus, Deoque charus Archie-  
piscopus, doctrinæ nomine illustris, a  
Gothis pro fide variè afflictus, ecclesiã  
Mediolanensem religione instruxit. Se-  
dit annos III. Obijt in Domino IV. No-  
nis Ianuarij.

19 S. Clicerius Landrianus, Medio-  
lanensis, vitæ cœlestis studio deditus,

in assiduâque verbi Dei prædicatione  
versatus, ecclesiam sibi commissam, vs  
ceteri Archiepiscopi, qui antea reli-  
giosè præfuerant, sanctis institutis il-  
lustrauit. Vir fuit instar virginis vere-  
cundus, vultuque virgineo præ se tulit  
imaginem diuinarum suæ mentis co-  
gitationum. Sedit annos III. Obijt  
in Domino XI. Calend. Octob. sepul. in  
basil. Apost. Archiepiscopatus diu va-  
cauit.

20 S. Lazarus Lazari filius, Boccar-  
dius, a Clicerio ecclesiæ Mediolanen-  
sis Primicerius creatus, post eius obitum  
Archiepiscopus, in summa Gothorum  
barbarie, clerum populumque commis-  
sum piè gubernauit. Litanias Tridua-  
nas, quæ Mediolani adhuc religioso cul-  
tu obseruantur, instituit. De eo sanctus  
Ennodius carmina confecit. Pridie Idi-  
bus Mart. quicuit in Domino, Leone  
I. Pontif. Sedit annos XI. sepul. in Basil.  
Apostolorum.

21 S. Eusebius Paganus, Mediolanen-  
sis, Ecclesiæ Ambrosianæ, quæ ob Go-  
thorum immanes excursions diu yaca-  
uerat, instaurator vigilantissimus, ba-  
silicas barbara impietate euersas resti-  
tuit, pollutas consecrauit: consecratio-  
nis celebritatem mensè Octobri die  
Dominico tertio agi instituit. Libros  
diuinorum officiorum belli incendio  
inflammatos rescindendos curauit. Cle-  
ri disciplinam ad religiosos mores re-  
uocauit. Synodum prouinciæ habuit.  
epistolam encyclicam ad sanctissimum  
Pontif. Leonem misit. Demum sancta-  
rum virtutum gloria nobilis, obdormi-  
uit in Domino pridie Id. Aug. Sedit an-  
nos XVI. Leone I. deinde Hilario, tum  
Simplicio Pont. sepul. in Basil. S. Lauren-  
martyris.

22 S. Geruntius, cuius Mediolanensis,  
Simplicio Pontifice VII. Cal. Ianuarij  
inuitus creatus Archiepiscopus, magna  
cum humilitate suscepit, & afflictissi-  
mis Insubiæ temporibus sanctissime  
gessit annos VI. Obijt in Domino III.  
Non. Maii. sepul. in Basilica sancti Sim-  
pliciani.

23 S. Benignus Bentius, Mediolanensis,  
Ennodij Ticinensis versibus celebratus,  
laude sanctitatis florens, Archiepisco-

patum religiosissime administravit annos vi. Quiuit in Domino xii. calend. Decembr. sepultus ad sanctum Simplicianum.

24 S. Senator Vilanius, Mediolanensis, presbyter, cuius in epistola ad Leonem Pontificem missa Eusebius Archiepiscopus meminit, Nonis Decembr. die festo S. Ambrosij Archiepiscopatus gubernationem suscepit. Vir præstanti ingenio, diuinarum literarum scientia, eloquentia, & episcopalis charitatis virtutibus egregie excultus, prophetis interpretandis diligentissimus, mirifica erga pauperes liberalitate vsus, ad ecclesie Mediolanensis gubernacula sedit ann. 17. Gelasio Pont. Obijt sancte in Domino 11. cal. Iun. sep. in basil. Sancti Euphemie.

25 Theodorus I. Medices, cuius Mediolanensis, Gelasio Pont. factus Archiepiscopus vi. Id. Septembris, vir optimus, & sapientissimus, cum clerum & populum vnice in Christo dilexit, tum valde beneficus erga egenes homines, parens pauperum vulgo vocatus est. Archiepiscopali autem munere pie perfunctus annos x. ex hac vita cessit 14. cal. Apr. Symmacho Pont. sepul. ad S. Hippolytum. Sunt de eo versus Ennodij.

26 Laurentius I. Litus, Mediolanensis, quem Symmachus Pont. eximie dilexit, & in synodo tertia, quarta, quintaque Romana summopere laudauit, vir scientia præcellens, & virtutum donis maximis excultus, clerum populumque Mediolanensem non minus docendo quam agendo instruxit ad optimam disciplinam. Admirabili quadam vitæ suæ gravitate deum deos cælestium animos tenuit: quamobrem cum omnes eum verebantur, tum nemo qui se quam fuit, qui vel in abditissimo loco scelus concepsisset, quin illum quasi testem spectatoremque metueret. Sedit annos viginti, eodem Symmacho, deinde Hormisda, ac post Ioannem I. Pont. Obijt v. 11. calend. Augusti, sepultus ad sanctum Hippolytum in martyrem.

27 S. Eustorgius II. Græcus, Ioannis Damasceni discipulus, cum Ioan-

ne Alexandrino Romam Gelasio Pont. profectus, a Felice I V. Archiepiscopus creatus, omni virtute, & pietate in primis præluxit. Florianum, qui deinceps sanctitatis laude clarus, episcopus ecclesie Hispalensis præfuit, ab vltima Pannonia profectum, domi excepit, baptizauit, diaconum instituit, literisque erudiuit. Augustæ urbis episcopum proditoris accusatum dignitate episcopali multauit. Oppida, & prædia, quæ in Sicilia præsertim ecclesia Mediolanensis habuit, egregie defendit. Baptistarium adificandum curauit: ad quod mirifico opere aquam per tectum templi deduxit Sedit ann. 19. sepul. in basil. S. Laurentij.

28 S. Magnus Trincharius, Mediolanensis, Silucrio Pontifice Archiepiscopus factus, admiranda abstinentia, sanctitate, diuinaque miraculorum virtute eluxit; pie Archiepiscopali munere perfunctus annos 11. quiuit in Domino calend. Nouembr. sepul. in basilica Eustorgiana.

29 S. Dasius Aliatus, Mediolanensis, vir pietate in primis, & doctrina præcellens, Vigilio Pont. Archiepiscopus creatus, populum sibi commissum in summa annonæ caritate panico sustentauit. Corinthidomum a demonibus diuinitus liberauit. Concilio Constantinopolitano quinto interfuit. Annalium libros conscripsit. Ecclesiam Mediolanensem admirabili pietate gessit annos xxxi. Obijt in Domino x. 11. calend. Febr. sepultus in basilica sancti Victoris.

30 Vitalis, cuius Mediolanensis, Ioanne III. Pont. creatus Archiepiscopus, quo tempore Longobardi rursus Italiae opus affluerant, in ea temporum perturbatione omnem vigilantiam suam in pastoralibus studiis atque officijs posuit diligentissime. Sedit annos 17. Pont. eodem. Sepultus in æde S. Vitalis martyris.

31 S. Auxanus Cribellus, Mediolanensis, Ioanne III. Pont. Archiepiscopus factus, eam in omni re episcopalis muneris partes egit, tum prædicationis officio perfunctus est assidue annos duos: quibus ecclesiam sibi commissam gessit.

Quia

Obiit in Domino III. Non. Septembris sepult. in ecclesia Sancti Stephani ad Rotam.

32 S. Honoratus Castillionius, Mediolanensis, vir eloquentia, doctrina, & sanctitate clarus, & Benedicto I. Pontif. Archiepiscopus renunciatus, sapientia, consilio, optimaque institutione corroboravit ecclesie commissæ partes, Longobardorum barbarie debilitatas. Aquileiensi concilio præclare interfuit. Paulinum Aquileiæ episcopum consecrauit. Sedit annos vi. Obiit in Domino v. Idus Februar. sepult. in ecclesia Sancti Georgij mart. ad Noxetam.

33 Iustus Frontonius, Mediolanensis, vir nobilitate & potentia florens, per vim simoniacæque scelus Archiepiscopalem sedem vt sedissimè occupauit, ita iniquissimè administrauit annos x. Cuius sceleris poenam dedit nefaria morte.

34 Laurentius II. Frontone extincto Archiepiscopus creatus, Pelagio II. Pontif. Genuæ, vbi populus Mediolanensis, cum ob immanem exterarum gentium impietatem in patria esse non posset, magna ex parte domicilium constituerat, commoratus, Archiepiscopale munus rectè pieque gessit, & exemplo vitæ, & doctrina. Ecclesia Mediolanensis patrimonium, quod in Sicilia amplum habuit, præclare defendit: ob eamque rem Constantium diaconum Romam ad Gregorium Pont. misit. Obijt autem Genuæ.

35 Constantius, cuius Mediolanensis, Diaconus, cuius vitæ moreque in legatione Constantinopolitana Gregorio I. Pontif. benè cogniti erant, in vrbe Genua eius iussu Archiepiscopus & electus, & consecratus est. Pallio item ab eo donatus, & alijs singularibus beneficijs ornatus, archiepiscopalem dignitatem immani exterarum gentium incurfione afflictam ad pristinum gradum erexit. Omni autem laude præstans, nobilitatus est etiam literarum Gregorij Pontif. monumentis. Sedit annis vii.

36 Theodotus, Mediolanensis, Diaconus ecclesie Metropolitanæ, Cleri

suffragiis Archiepiscopus electus, a Papatone protonotario, cui Gregorius Pontifex rem delegarat, Genuæ in archiepiscopali dignitate confirmatus, Arianorum, quorum adhuc aliqua pars in Insubria reliqua erat, furorem impie exultantem repressit: ob eamque rem Pontifici Gregorio gratus & charus. Sedit annos xxi. Sabiniano, deinde Bonifacio III. & IV. post Deodato, tum Bonifacio V. Pontifice.

37 Asterius, Romanus, Honorio II. Pont. Archiepiscopus factus, Berinum ad Britanniam legatum a Pontifice missum illius iussu episcopum consecrauit. Munere archiepiscopali rectè perfunctus annos x. obiit Genuæ pridie Non. Iun. sepult. in æde s. Syri.

38 Phortius, quo tempore Ioannes Bergomi episcopus in provincia Mediolanensi sanctitatis in primis laude florens Arianorum impietatem retundere aggressus est, archiepiscopatum inijt: quem Genuæ tamen gessit annos tres.

39 S. Ioannes Bonus, Camillius, Genuens, Ioannis Bergomensis episcopi sanctissimi consuetudine coniunctus, archiepiscopus creatus, immani Barbarorum dominatu non deterritus, ab vrbe Genuæ, vbi aliqui archiepiscopi diu manserant, Mediolanum ad stationem sedemque Archiepiscopalem redijt: quam summa cum laude tenuit annos decem. Romam ad synodum Martino I. Pontif. venit: Arianos Bergamo depulit: in oppido Decio Ecclesiam sancti Materni consecrauit. Miraculorum laude clarus, obiit in Domino quarto idus Ianuarii.

40 S. Antoninus Fontana, Mediolanensis, viii. Cal. Iul. qui dies natalis est sancti Ioannis Baptistæ, Archiepiscopus consecratus, admiranda vitæ sanctitate, & pastoralis officij exemplis præluxit: in conuellendisque barbaris gentium exterarum, quæ iam pridem Mediolani domicilium constituerant, moribus euigilaui maximè. Sedit annos lii. Obijt in Domino pridie Calend. Decembr. sepult. in basil. S. Simeonici.

- 41 S. Mauricilius, maximarum virtutum nomine illustrius, a clero summa cōsensione Archiepiscopus electus, & a Pōtifice confirmatus, sedit men. 1 v. magna cum testificatione sanctitatis suæ. Obijt in Domino pridie cal. Apr. sepul. in Eccl. S. Satyri.
- 42 S. Ampelius, Domno Pontif. creatus Archiepiscopus, sedit annos quinque: Obijt in Domino v. 1. Idus Febr. Agathone Pontif. sepultus in basilica sancti Simpliciani. Eius sanctitatem, & dum archiepiscopatum gessit, & postquam ex hoc sæculo abiit, testatā Deus fecit miraculorum magnitudine, & multitudine.
- 43 S. Mansuetus Sabellus, Romanus, Agathone Pontifice Archiepiscopus factus, Ecclesiæ commissæ utiliter præfuit. Synodo Constantinopolitane v. r. præclara eruditionis laude interfuit: episcoporum prouinciæ Concilium habuit, de cuius sententiâ epistolam, fidei, pietatis, doctrinæque plenam, contra monothelitas hæreticos ad Imperatorem scripsit. Sedit annos 1 x. Obijt xi. calend. Mar. sepul. in basilica sancti Ambrosij.
- 44 Benedictus Crispus, Mediolanensis, diuinis humanisque literis eruditissimus, & maximarum virtutum auctoritate grauissimus, atque ob eam rem tota Italia clarissimus, Ioanne V I. Pontif. Archiepiscopus declaratus, Sedit annos xlv 1. Templum sancti Benedicti in Porta Noua ædificauit: Ecclesiæ suæ ius mirifice defendit: causam contra episcopum Papiensem Romæ constanter egit. Demum miraculis clarus, quieuit in Domino v. Id. Mar. sepul. in basilica. S. Ambrosij.
- 45 Theodorus II. Gregorio III. Pontif. Archiepiscopus creatus; rituum eruditione præstans, Matutini officij mysteria, cæremoniaque more Ambrosiano solènes, libro singulari enucleatè per scripsit. sedit annos xi v. sepul. in Monasterio Horonæ, quod Horonā soror exstruxerat.
- 46 S. Natalis, latinæ, græcæque ruditione valde præstans, & hebraicè doctus etiam, eximiusque catholicæ religionis cultor, Zacharia Pont. Archiepiscopo patrum suscepit, & gessit vsque adeo religiosè, vt exantlatis multis pro fide laboribus, demum sanctitate clarus in Domino quieuerit 1 1 1. Id. Maij. sepul. in basil. S. Georgij, quam is ædificauit. sedit ann. 1. Men. 1 1.
- 47 Arifredus, Zacharia Pont. creatus Archiepiscopus, præfuit Ecclesiæ Mediolanensi Menses 1 x. sepul. in basil. S. Nazarij.
- 48 Stabilius, Stephano I I I. Archiepiscopus factus, sedit annos vndecim Mens. 1 x. Sepul. in Basilica sancti Ambrosij.
- 49 B. Letius Marcellinus, Mediolanensis, vir omni pietatis officio insignis, & admiranda in primis charitate erga pauperes, sedit ann. xi 1 v. men. xi. sepul. in Basil. S. Ambrosij.
- 50 Thomas Crassus, Mediolanensis, pietatis studio deditus, religionis causa Hierosolymam peregrinatus, inde reuersus, Hadriano Pont. Cal. Nouembris Archiepiscopus factus, Ambrosij officij libros, quos Carolus Magnus inflamaudos censuit, Eugenij episcopi studio mirifice defendit, Carolum Magnum Italiæ regem corona ferrea coronauit. Gloriam Pipini Regis filiam Mediolani solenniter baptizauit. Sedit annos xx 1 1 x. Obijt Cal. O. & Sepul. in Basil. S. Laurentij.
- 51 Oldobertus Marionius Eugubinus, dedit annos.
- 52 Petrus I. Crassus, Oldradus, Mediolanensis, Adriani Pontif. Secretarius, deinde Archiepiscopus factus, mox Legatus a Pontifice ad Carolum Magnum Imperat. venit: cui charus admodum fuit. Hæreticos maximè oppugnauit, ob eamque rem hæreticorum malleus vulgò vocitatus. Sermones de sanctis scripsit, in quibus præcipuus est vnus de sancto Barnaba Apostolo & Episcopo Mediolani primo. Epistolas etiam per multas magnarum rerum pondere graues, & vnam præter cæteras ad Carolum Magnum de translatione corporis sancti Augustini. Bernardum Pipini filium, Italiæ regem coronauit. Sedit annos xxv 1 1. Obijt v 1 1. Id. Maij. Sepul. in Basilica sancti Ambrosij.

- 53 Alibertus Crassus, Mediolanensis, Stephano Quinto Pont. Cal. Octobris Archiepiscopus pronuntiatus, admirabili vigilantia praeuit annos 1x. men. vii. Obijt pridie Cal. Mart. Sepult. in Basilica S. Ambrosij.
- 54 Anselmus I. Billius, Mediolanensis, à Clero Archiepiscopus electus, & à Paschale Pontif. confirmatus, pauperes eximia charitate dilexit: Lotharium Ludouici Pij filium Italiz Regem in opido Modoetria coronauit: Ecclesiam commissam administrauit ann. v. Obijt v. Idus Maij. Sepultus ad Sanctum Ambrosium.
- 55 Bonus Castillionius, Mediolanensis, Paschale Pont. creatus Archiepiscopus, acerrimus iurisdictionis ecclesiasticæ defensor, sedit ann. 1v. Obijt 1x. Cal. Februarij. Sepultus in Basilica S. Ambrosij.
- 56 Angisbertus I. Mediolanensis, Gregorio I. Pont. Archiepiscopus factus, sancti Monæ Archiepiscopi corpus in Ecclesiam S. Michaelis ad Domum transtulit. Sedit ann. 1. menses 11. Obijt vii. Idus Septemb.
- 57 Angelbertus I. Pasterlius, Mediolanensis, Gregorio 1v. Pont. Archiepiscopus creatus, pauperum, viduarumq; pater; Ecclesiam etiam sibi commissam beneficijs & donis ornauit: altare in Basilica sancti Ambrosij cælato auro faciendum curauit: Synodum prouinciæ habuit: in qua beatorum martyrum Iouitæ & Faustini Cenobij, quod Rambertus Episcopus exedificarat, institutionem ratam habuit. Sedit ann. xxv. Obijt Idibus Decembris. Sepult. in Basilica S. Nazarij. Hoc tempore Mediolani multæ ecclesiæ ædificantur.
- 58 Tado, ingenio, & rerum diuinarum scientia præstans, ob eamq; rem sapiens, & à Nicolao I. Pontifice sanctissimus aliquando vocatus, Ecclesiam Mediolanensem gubernauit annos vii. menses vi. Obijt pridie Cal. Iunij. Sepultus in Basilica S. Ambrosij.
- 59 Anspertus Arbutius Confalonarius, Mediolanensis, Ecclesia Metropolitana Archidiaconus, à Clero Archiepiscopus electus, ab Adriano II. Pont. confirmatus, Carolum Caluum, Italiz Regem coronauit, & Carolum Crassum item. Sedit annos xii. menses v. Obijt vii. Idus Octob. Sepult. in Basilica S. Ambrosij.
- 60 Anselmus II. Captius, Mediolanensis, à Ioanne vii. Pont. à Gallia Romani redeunte Archiepiscopus incredibili cleri populiq; gaudio creatus, sedit annos xiv. Obijt 1v. Cal. Octob. sepult. in Basilica S. Ambrosij.
- 61 Landolphus I. Crassus, Mediolanensis, Benedicto 1v. Pont. creatus Archiepiscopus, sedit ann. 111. Obijt Nonas Nouembris, sepult. in Basilica sancti Ambrosij.
- 62 Andreas Lampugnans, Mediolanensis, die festo sancti Andree à Clero Archiepiscop. electus, mox à Leone v. Pont. confirmatus, sedit ann. vi. Obijt pridie Cal. Mart. sepult. in Basilica S. Ambrosij.
- 63 Atho Oldradus, Mediolanensis, Archiepiscopus, magna ciuium multitudine Sergium III. Pont. in Galliam deducit: inde Romam, vbi opem ei tulit ad Christophorum vrbe pellendum, qui pontificatum inuaserat. Is in Ecclesia Mediolanensi primo Sabbato Septembris vesperarum officium de cruce agi instituit, sedit ann. xii. men. vi. Obijt Romæ vii. Id. sepultus in Ecclesia SS. Bonifacij & Alexij in monte Auentino.
- 64 Garimbertus, Ioanne X. Pont. in sede Archiepiscopali collocatus, Alberico, qui in agro Piceno dominabatur, auxilio fuit ad Saracenos ex Apulia eijciendos, sedit annos 11.
- 65 Lambertus, vir solerti ingenio, summoq; consilio, Archiepiscopus Ioanne xi. Pontifice creatus, Rodolphum Papæ Regem acclamatum in summa Italiz dissensione coronauit: in Italiam de summi Pontificis sententia Hugonem Comitum Arelatensem accersuit. Burcardum Sueuorum Ducem, Rodulphi Regis socerum, legatum ad se missum benigne excepit. Genuensibus auxilium contra Saracenos misit. Sedit annos 1x. Obijt Calen. Iulij.
- 66 Hilduinus, Monachus, Gallus, Stephani IX. Pont. familiaris, Martino III. Pont.



Pontif. Archiepiscopus factus, Hugonem Ludouici III. filium Burgundiae Ducem, Italiae Regem in basilica Ambrosiana Mediolani coronauit. Sedit ann. vi. Obijt Cal. Aug.

67 Ardericus Corta, Mediolanensis, Agapeto II. Pontif. creatus Archiepiscopus, Berengarium Verona Mediolanum euocat: ubi pro Rege se gerere coepit. Ecclesiam sancti Andreae nomine admirum ruptum edificauit: sacellum S. Lini in Basilica S. Nazarij extruxit. Sedit ann. 11x. Obijt 111. Idus Octob. Sep. in sacello S. Lini.

68 Alamanus Menclotius, Mediolanensis, Canonicus Ordinarius, cum Manasse Vgonis Imperatoris filio de Archiepiscopatu contendit: sed tandem uniuerso clero suffragante Archiepiscopus factus, sedit annos 1v.

69 Valbertus Medices, Mediolanensis, Ioanne xxi. Pontif. factus Archiepiscopus, Berengarij rabiem fugiens, ad Othonem I. Imperat. venit, cui promittit, si tyrannum extinxerit, se regni insignia traditurum. Episcoporum prouinciae Concilium de more euocat, deque omnium qui frequentes aderant, sententia, regnum Berengario abrogat: Othonem autem, cui regnum detulerat, solenni iureiurando adstringit, se pro salute dignitateque Italiae patrimonium omne profuturum, nullumque periculum recusaturum: Othonem vero Mediolani in Basilica Ambrosiana ex promisso coronauit; eamque ob causam multa ab eo oppida dono accepit. Romanaeque synodo interfuit: in qua priori loco & confedit, & subscripsit, quam Archiepiscopus Rauennae. Sedit ann. xxi. sepult. in Ecclesia Hyemali.

70 Arnulphus Bonitij Ducis filius, Subdiaconus S. Ecclesiae Mediolanensis, ab Othone Imperatore Archiepiscopus Clero reclamante electus, nomen, dignitatemque Comitibus tulit, iusque per Vicecomitem exercuit. Historiam sui temporis scripsit. Sedit annos 111. sepultus in Ecclesia Hyemali.

71 Gotifredus, Benedicto vi. Pont. creatus Archiepiscopus, sedit annos v.

Obijt xxi. Cal. Octob. sepult. in Ecclesia Hyemali.

72 Landulphus II. Bonitij filius, Carcanus, Mediolanensis, non a Clero electus, sed patris artibus iuuante Imperatore Archiepiscopatum occupauit annos 11x. menses 111. Obijt 11x. Cal. Octob. sepult. in Basilica S. Celsi.

73 Arnulphus II. Artiacus, vir pietatis nomine illustris, Gregorio V. Pont. Archiepiscopus creatus, Othonem III. Imperatorem corona ferrea donauit. Episcopum Astensem, qui ab officio erga sedem Metropolitanam desciuerat, parere coegit. Cremonenses male mulctauit: in Laude Pompeia Concilium Prouinciale habuit. Constantinopolim profectus, serpentem aeneum, quem a Nicephoro Imperatore dono acceperat, Mediolanum asportandum curauit. Sedit annos x1x. Obijt 1v. Cal. Martij.

74 Heribertus Gerardi Canturij filius, Antimianus, Mediolanensis, Benedicto 11x. Pont. Archiepiscopus factus, Monasterium S. Dionysij edificauit, Ecclesiam S. Satiri in Porta Romana consecrauit. Corpus S. Monae Archiepiscopi Mediolanum in Ecclesiam beati Vitalis martyris transtulit. Episcopum Papiensem in Conuentu Roncaliensi crucem deponere iussit. Ambrosium Ecclesiae Mediolanensis Ordinarium, Episcopum Ciuitatis Laudensis instituit, Enricum Imperatorem Romanam deduxit, ut a Benedicto Pont. coronam acceperet. Sedit annos xxv11. Obijt xv. Cal. Februarij, sepultus in Basilica S. Dionysij.

75 Guido Valuasorius, Velatius, Ecclesiae Mediolanensis Canonicus Ordinarius, Enrici Imperatoris secretarius, in summa de Archiepiscopatu contentione ceteris competitoribus repulso Archiepiscopus creatus, Leonis 1x. Pont. iussu Concilio Vercellensi contra Berengarium interfuit. Apud Fontanetum in agro Nouariensi synodum Prouinciae habuit. Sedit ann. xxvi. Obijt x. Calen. Decembris. Quo mortuo vacauit Ecclesia Mediolanensis annos tres.

76 Thealdus Castillionius, Mediolan-

- lanensis, Henrici Imperatoris opibus sus-  
sultus, Ecclesiam Mediolanensem inua-  
sit. Quam ob causam ad synodum à  
Gregorio VI. Pont. vocatus, cum ve-  
nire recusasset; primò sacris ordinibus  
interdictus, deinde; ac tertio publicè in  
Synodis Romanis grauis excommuni-  
cationis vinculo irretitus est. Obijt  
VI. Cal. Iulij. Sepultus Arona.
- 77 Anselmus III. Raudius, Medio-  
lanensis, Archiepiscopus creatus, ma-  
gnam classem exercitumque compara-  
uit, vt Babyloniam caperet: quò profe-  
ctus, multis commissis prælijs nihil pro-  
fecit. Mediolanumque inde reuersus,  
diem obiit pridie Nonas Decembris.  
Sepultus in Basilica S. Nazarij. Sedit  
annos VII. menses V.
- 78 Arnulphus III. Capitanus, Me-  
diolanensis, Urbano II. Pont. creatus  
Archiepiscopus, Ciuitati Mediolanensi  
auctor fuit, vt sex millia militum ad re-  
cupèrandam Hierosolymam mitteret.  
Vir fuit admiranda sanctitate: Mona-  
sterium S. Victoris ad corpus multis  
prædijs dotauit. Sedit annos VII. menses  
IX. Obijt VII. Cal. Oct. Sep. in Mona-  
sterio Clauatenfi.
- 79 Anselmus I. Valuasorius, Luni-  
nius, Mediolanensis, fidei nomine in exi-  
lium pulsus, Constantinopolim venit:  
vbi obiit pridie Cal. Octobr. Sepultus  
in ea vrbe ad S. Nicolaum.
- 80 Chrysolas, Henrici I. Imper. opi-  
bus adiutus, Ecclesiam Mediolanensem  
occupauit, pulso inde Anselmo; eoque  
nomine apud Paschalem I. Pontif. ac-  
cusatus, Romam venit. Vir grecè, la-  
tineque eruditus, epistolas, conciones,  
aliaque industriae suæ monumenta reli-  
quit. Romæ obiit, sepultus in Ecclesia  
S. Sebastiani.
- 81 Iordanus Capitanus, Cluiose prius,  
Mediolanensis, Paschale II. Pontif. crea-  
tus Archiepiscopus, Synodum Prouin-  
ciale[m] habuit: in qua de Episcoporum  
decem & octo consensu multa statuit:  
Concillio Guastallo quod Pontifex ha-  
buit, præsens adfuit. Diem commemo-  
rationis mortuorum decreuit. Sedit  
annos VII. x. menses IX. Obijt pridie  
Nonas Octobris. Sepultus in Basilica  
S. Ambrosij.
- 82 Henricus Capitanus, Curtius, Vi-  
cedominus, & Archiepiscopus Ecclesie  
Mediolanensis, Gelasio II. Pont. factus  
Archiepiscopus, sedit ann. V. menses VI.  
Obijt I. V. Cal. Iunij.
- 83 Sanctus Bernardus Gallus, Abbas  
Clarauallensis, Henrico mortuo Ar-  
chiepiscopus electus, recusauit id mu-  
nus obire.
- 84 Anselmus V. Pusterlius, Mediola-  
nensis, Honorio I. I. Archiepiscopus  
creatus, in Germaniam Legatus mis-  
sus, inde rediens, Episcopi Astensis au-  
toritatem Metropolitanam despicientis  
audaciam fregit. Løtharium Imperi.  
Mediolani excepit, coronaque ferrea  
donauit. Nouocomum obsedit, agrum  
vastauit, S. Bernardum hospitio sæ-  
penumero accepit: cuius causa Mona-  
sterium Clarauallense extra Portam  
Romanam ab Anselmo Archinto adifi-  
candum curauit. Sedit ann. IX. Obijt  
Romæ XXI. Cal. Septembris.
- 85 Roboldus I. Episcopus Albenfis,  
Innocentio II. Pontifex creatus Archie-  
piscopus, Mediolanensis auctor fuit,  
vt ij sacrorum communionem interditi,  
veniam à Pontifice peterent. Hospita-  
les ædes Brolij à Godofredo ciue ex-  
truendas curauit. Sedit annos X. men-  
ses V. Obijt III. Cal. Ianuarij. Sepul-  
tus in Basilica Hyemali.
- 86 Ubertus Pirouanius, Lucio II. Pon-  
tif. factus Archiepiscopus, Ecclesie Me-  
diolanensi præfuit, quo tempore Fede-  
ricus Imperator Mediolanum diripuit.  
Is summa prudentia vir, conuentum ha-  
buit de vrbe instauranda: sed rem non  
perfecit morte arreptus. Sedit ann. XV.  
Obijt Beneuenti. III. Cal. Iunij.
- 87 S. Galdinus Valuasorius, Salen-  
fis, scientiæ, & sanctitatis laude clarus,  
primò Mediolanensis Ecclesie Archi-  
diaconus, deinde ab Alexandro III.  
Pontif. S. R. E. Presbyter Cardinalis  
Tit. S. Sabinte, postea Archiepiscopus,  
tunc vniuersæ Gallie Cisalpinae Lega-  
tus creatus, Nonis Septembris Medio-  
lanum venit. Quam urbem à Fede-  
rico dirutam instaurauit: ædes Archie-  
piscopales restituit: Humiliatorum or-  
dinem ex auctoritate summi Pont. com-  
probauit: Papiensem Ciuitatem Eccle-  
siastico

Basilico interdicto affecti: Laudensibus Episcopum dedit. Mediolani de suggestu cum contra hereticos concionem haberet, obiit xlv. Cal. Maij, sepultus in Basilica Sanctæ Teclæ. Sedit annos x.

88. Algisus Pirouanius, Mediolanensis, primò Cymiliarca, deinde ab Alexandro III. Archiepiscopus factus, eo animi robore Ecclesiam, populumque commissum gubernauit, vt cum Federico Imperatore pugnam inire non dubitarit: quem suis copijs Deo iuante mirabiliter profligauit, die festo SS. Martyrum Sisinij, Martyrij, & Alexandri: quem propterea diem religiosum perpetuò coli ex decreto censuit; deinde Venetias ad Alexandrum Pont. inde Romam cum eo profectus, postea Mediolanum reuersus, obiit. Sepultus in Basilica hyemali. Sedit annos lxx. menses lxx.

89. Vbertus II. Cribellus, Mediolanensis, primò Ecclesiæ maioris Archidiaconus, deinde Vercellarum Episcopus, post, Lucio III. Pont. Archiepiscopus factus, SS. Arantij & Antoniani corpora inuenit: Veronam ad Concilium venit: vbi Lucio mortuo, Pontifex renunciatus est in vigilia Natalis Domini.

90. Milo Candianus, Mediolanensis, primò Mediolani Archipresbyter, deinde Taurini Episcopus, post à Clemente III. Pont. Archiepiscopus Mediolani creatus, Henricum Imperat. vna cum Constantia corona ferrea decorauit. Sedit annos vii. men. lxx. sepultus in Basilica Hyemali.

91. Vbertus III. Tertiacus, Mediolanensis, Modoetiz Archipresbyter, Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicus Ordinaris; S. R. E. Presbyter Cardinalis Titu. S. Stephani in Cælio monte ab Innocentio III. Pont. creatus, deinde Archiepiscopus, pacem inter Mediolanenses & Comenses conciliauit. Sedit annos lv. men. lxx. sepultus in Ecclesia hyemali.

92. Philippus Lampugnans, Mediolanensis, ab Innocentio III. Pont. Archiepiscopus creatus, ad quem illius epistolæ de Cancellaria Mediolanensi scri-

pta est, pacem inter Mediolanensem & Ticinensem populum iniit.

93. Vbertus I. Pirouanius, Mediolanensis, ab Innocentio III. Pont. Cardinalis creatus, deinde Archiepiscopus cum potestate Legati missus ad gerendam Ecclesiam Mediolanensem, Othonem I. Imperatorem in Basilica Ambrosiana coronauit. Sedit ann. lvi. men. lxx. obiit Mediolani, sepultus in Ecclesia hyemali.

94. Gerardus Reginus Sexius, primò Nauariz Episcopus, deinde ab Innocentio III. Pont. Archiepiscopus creatus, sedit tantum menses vii. obiit Cremonæ.

95. Henricus Settarius, Mediolanensis, Basilicæ Metropolitanæ Cymiliarca, in maxima cleri disseffione ab Honorio III. creatus Archiepiscopus, pro fidei defensione in Palæstinam transfuit. Damiatæ expugnationi interfuit. Basilicam Eustorgianam fratribus ordinis Dominicani, alteram beatorum martyrum Naboris & Felicis Franciscanis attribuit. Ecclesiam Sancti Gothardi in monte Tremulo consecrauit. Episcopi Cremonensis contumaciam fregit: Ecclesiæ libertatem defendit. Hæreticos profligauit. Sedit annos xvi. menses x. obiit Mediolani: sepultus in Basilica martyrum Naboris & Felicis.

96. Gulielmus I. Rozolius, Mediolanensis, Basilicæ Metropolitanæ Archidiaconus, vir eruditus, & optimus, à Gregorio IX. Pontif. creatus Archiepiscopus, laicis Mediolani prædicationis munere interdixit. Ad Federicum II. Imperat. missus, iussu Pontificis cruce signatorum militum bellum contra Saracenos indixit. Sedit ann. x. men. v. obiit Mediolani. Sepultus in Ecclesia Monasterij Clarauallensis.

97. Leo Peregrinus, Mediolanensis, Frater Ordinis Franciscani, à Cælestino IV. Pont. Archiepiscopus factus, iurisdictionem Archiepiscopalem cum negligenter curaret, Turriani plebis consules eam sibi vsurparunt. In Vico Lignano ædes Archiepiscopales magnifice extruxit. Sedit annos xvi. men. vii. obiit xlii. Calen. Nouembris. Vacauit

uit Archiepiscopatus ann. iv. men. ix. dias vii.

98 Otho Magnus Vicecomes, Mediolanensis, in summa de Episcopo eligendo diffensione, Octavianus Cardinalis Sedis Apostolicæ Legati studio ab Urbano IV. Pont. Archiepiscopus factus, opibus, auctoritate, militumque copijs floruit, Iurisdictionem vrbs Mediolani à iure potestateque Archiepiscopi in fratris filios transfudit. Carmelitanos monachos Mediolanum introduxit. Concilio œcumenico Lugdunensi interfuit quod Gregorius IX. Pont. habuit. Concilium Prouinciale Mediolani ipse habuit. S. Agnetis sacellum in basilica maiori ædificauit, prædijsq; paternis dotauit. Prebendam Lectori Theologo decreuit. Bellum sacrum Mediolani a Magistro Ordinis Franciscani denunciari concessit. Sedit ann. xxxi. dies xli. obiit Mediolani 11. Idus August. sepult. in Ecclesia maiori.

99 Rufinus Friseticus, Lucensis, à Bonifacio 11. Pontif. creatus Archiepiscopus, sedit menses tantum x.

100 Franciscus Fontana Parmensis, primum Messanæ Archiepiscopus, in Ecclesia sibi commissæ statione sæculis repugnantibus cum inuigilare non posset, Ecclesia deinde Nolanæ administrator, deum Mediolani Archiepiscopus factus, Vicecomes ex vrbe Mediolano, ditio neq; depulit. Sedit ann. xli.

101 Caltonus, Turrianus, Mediolanensis, primò Aquileiæ Patriarcha, post Mediolani Archiepiscopus à Clemente V. Pont. factus, iurisdictionem Archiepiscopalem restituit. Synodum Prouincialem Mediolani habuit. Henricum Lucimburgium Imper. vi. corona ferrea die solenni Epiphaniæ coronauit. Sedit ann. ix.

102 F. Aicardus Camodianus, Nouariensis, Ordinis minorum Sancti Francisci Minister generalis 1x. à Ioanne xxii. Pontif. creatus Archiepiscopus, Mattheum Vicecomitem, filiosque iurisdictionem Ecclesiasticam occupantes excommunicauit. Multa ædificia extruxit. Mediolanensibus multa mala quæ euenerunt, concionando prædixit. Sedit annos xlv.

103 Ioannes II. Matthæi filius Vicecomes, Mediolanensis, primò Nouariæ Episcopus, deinde à Clemente VII. Pont. Archiepiscopus creatus, bellica potius laude, quam Ecclesiasticæ disciplinæ nomine illustris, totius penè Galliarum Cisalpinarum Dominus, multa etiam oppida Ecclesiæ Romanæ per vim occupauit. Corporis Domini celebritatem solennem in Ecclesia Mediolanensi perpetuò agi decreuit, ritu solenni, & publica processione; quam ipse frequentissimam celebravit, factò concursu hominum centies millium. Sedit annos xxxi.

104 Robertus Vicecomes, Mediolanensis, Basilicæ Metropolitanæ Archiepiscopus, ab Innocentio VI. Pont. Archiepiscopus creatus, Carolum IV. Imperatorem hospitio Regali Mediolani accepit: & Modoetiæ in Basilica S. Ioannis Baptistæ Regem Longobardiæ coronauit. Sedit annos vii.

105 Gulielmus II. Pusterlius, Archiepiscopus Madoetiæ, deinde Patriarcha Constantinopolitanus, post ab Urbano V. creatus Archiepiscopus, sedit annos 1x. menses 1v.

106 Simon Borlanius, Mediolanensis, Iurisconsultus, Gregorij xi. Pont. familiaris, Presbyter Cardinalis Tit. SS. Ioannis & Pauli ab eo creatus, deinde Archiepiscopus Mediolani, ad Ecclesiam sibi commissam non venit, occupationibus Romanis distentus. Sedit annos vii. menses vi.

107 Antonius Princeps Salutarum, Subalpinas, à Gregorio XI. Archiepiscopus creatus, v. Idus Septembris ad Sedem Archiepiscopalem venit: in qua sedit annos xxv. dies 1x. Obiit Mediolani, sepultus in Ecclesia hyemali.

108 F. Petrus Philargus, Ordinis Minorum, in Crustianalis vico Diocesis Nouariensis natus, vir Græcis, & Latinis literis, Theologiæque scientia eruditus, Ioannis Mariæ Principis Mediolani à Consilijs, primum Vicentiæ, deinde Nouariæ Episcopus factus, postea Patriarcha Gradensis, mox Mediolani Archiepiscopus à Bonifacio IX. creatus, sedit annos vi. Deinceps ab Innocentio VII. prouinciatu Cardinalis.

Basi-

Basilicæ Apostolorum, demum in Concilio Pisano à Cardinalibus creatus Pont. nomen habuit Alexandri V.

109 Ioannes I I I. Vicecomes, Mediolanensis, Malatestæ Principis auxilio adiutus, Sedem Archiepiscopalem occupavit, pauloque post in Concilio Constantiensi Archiepiscopatu prius est. 110 Bartholomæus Caprius, Mediolanensis, à Ioanne XXI I I. Pont. Archiepiscopus creatus, Philippi Mariæ Ducis curator, Concilio Constantiensi interfuit: multas legationes obiit: Genavam urbem ex illius Reipublicæ Decreto administravit: Sigismundum Imperatorem Mediolani in Basilica Ambrosiana coronavit: Martinum V. Pont. è Concilio Constantiensi redeuntē hospitio augustissimo accepit. Sedit ann. XXI I. Obijt pridie Cal. Octobris.

111 Franciscus Piccolpassus, Bononiensis, Eugenij IV. Pont. familiaris, vir multis virtutibus florentissimus, Latine Doctus, sacra eruditione præditus, & pietatis studio ardens, cilicium perpetuo induit. Lit. ratos homines eximie dilexit: in quibus duos in intimis habuit, Philelphum, & Æneam Silvium, postea Pontificem Pium I I. Quem prius tum hominem Mediolani degentem, cuius nobilitatis splendore illustribus, Præposituram Basilicæ Sancti Laurentij vacantem sibi dari petentibus, virtutis ergo anteposuit. Archiepiscopus autem Ecclesiam Mediolanensem sanctè administravit: & verò difficultates, quæ sibi in comunere importata erant, egregie superavit, constantis animi robore, & sanctitatis opinione, quam de se omnes conceperant. Sedit ann. XIX.

112 Henricus I I I. Scotus, Papiensis, primùm Episcopus Dertonensis, deinde Archiepiscopus Mediolanensis, ab Eugenio IV. Pontif. creatus, postea S. R. E. Cardinalis Tit. Sancti Clementis, populo Mediolanensi fame grauter laboranti magnam argenti vim donavit: seque ac familiam suam bonis omnibus spoliavit, quod liberalius Ecclesie sibi commissæ filijs subueniret. Sedit ann. IX. Obijt Romæ 17. Nonis

Iulij, sepultus in titulo S. Clementis.

113 Nicolaus Amidanus, Cremonensis, sapientissimus Iuriconsultus, primò Episcopus Placentiæ, Concilio Constantiensi interfuit: in quo Ioannē Hulfium ex patrum auctoritate gradu movit: deinde Archiepiscopus Mediolanensis factus, sedit ann. I.

114 Gabriel Sfortia, Francisci Sfortiæ Ducis frater, Mediolanensis, Ordinis Heremitarum S. Augustini, Theologiæ scientia eruditissimus, concionator clarissimus, à Nicolao V. Pont. creatus Archiepiscopus, Beatæ Mariæ Coronatæ Ecclesiam consecravit. Muneribusque alijs Archiepiscopalis rectè perfunctus, obiit Mediolani, sepultus in eadem Ecclesia, sedit ann. XI I I.

115 Carolus I. Foroliuensis, Abbas Sancti Celsi, à Calisto I I I. factus Archiepiscopus, Sedit annos 17. Obijt Mediolani, sepultus in Basilica Sancti Celsi.

116 Stephanus Nardinus, Foroliuensis, Referendarius Apostolicus, egregia virtute vir, à Pio I I. Pont. in Germaniam Internuncius missus, à Paulo I I. Mediolani Archiepiscopus factus, & à Xysto I V. Cardinalis S. R. E. Tit. Sanctæ Mariæ trans Tyberim, Collegium Nardinum Romæ instituit, in quo perpetuum Archiepiscopi ius esse voluit. Mediolani extra pomerium Portæ Tonæ ædes Archiepiscopales edificavit: in vico S. Pauli ad compitum certa quadam edificij forma domicilium paravit, ubi pro Archiepiscopali auctoritate iudicia exercerentur. Ecclesie Metropolitanæ aula, tabernaculumque magnifica, pallia, Ecclesiasticaq; ornamenta, & mitram pretioso opere contextam, dono dedit. Solemnium Litzniarum triduanarum librum multis ante sæculis conscriptum, temporum incuria penè intermissum, restituit. Sedit annos XXI I I.

117 Ioannes I I I. Arcimbodus, Mediolanensis, vir iuris civilis, & Pontificij scientia præstans, sapientiæ, maximarumque virtutum ornamentis excoltus, ob eamque rem Galeatio Mariæ Sfortiæ Duci gratus & charus, multis legationibus illius nomine perfunctus.

117 **A**lex. à Xysto I V. Pont. primùm Protonotarius Apostolicus, Nouariæq; Episcopus, deinde S. R. E. Cardinalis creatus, multis etiam Prouincijs Legatus præfuit. Postea ab Innocentio I IX. Pont. Mediolani Archiepiscopus creatus, Ecclesiam sibi commissam multis donis ornauit. Sedit ann. 111. menses 11x. dies XI. Obijt Romæ.

118 **G**uido Antonius Arcimboldius, Mediolanensis, Ioannis Cardinalis & Archiepiscopi frater, summarum virtutum splendore præluens, à Galeatio Maria amplissimis honoribus cohonoratus, pietatis cultor egregius, ab Innocentio I IX. Pontif. Archiepiscopus factus, curiam Archiepiscopalem, quam dono à Duce acceperat, uetustate propè collapsam magnis sumptibus renouauit: Basilicam Metropolitanam Sacerdotum numero auxit: eidem, & fabricæ magnam vim rerum pretiosarum moriens legauit. Sedit ann. 1x.

119 **O**ctavianus Arcimboldius, Mediolanensis, egregius Iuriconsultus, Protonotarius Apostolicus, contradictarum Auditor, vtriusq; signaturæ referendarius, Archiepiscopus designatus.

120 **H**ypolitius I. Alphonfi Ferrariæ Ducis frater, Estensis, S. R. E. Cardinalis S. Lucie ab Alexandro V. I. Pont. Archiepiscopus designatus, vir singulari prudentia, rerumque gerendarum usu præstans, Ecclesiam Mediolanensem administrauit ann. x111.

121 **H**ypolitius I I. Alphonfi Ferrariæ Ducis filius, Estensis, à Leone X. Pont. Archiepiscopus designatus, post à Paulo I I I. Pont. S. R. E. Cardinalis pronuntiatus, & à Pio I V. Pont. ad Gallo- rum Regé Legatus missus, Ecclesie Mediolan. præfuit, an. xxx111.

122 **I**oannes Angelus Arcimboldus, Mediolanensis, à Clemente V I I. Pont. Nauariæ Episcopus, deinde à Iulio I I I. Pontif. Mediolani Archiepiscopus factus, sedit ann. v.

123 **P**hilippus Archintus, Mediolanensis, Iuriconsultus clarissimus, rerumq; bene gestarum nomine illustris, primùm à Paulo I I I. Pont. Protonotarius Apostolicus, tum vrbis Præfectus creatus, postea Episcopus Biturgiæ, & Vicarius

vrbis Pontificius, inde ad Episcopatum Salutarum translatus, Bononiam ad Concilium venit. Vicarij autem Pontificij munus gressit Paulo I I I. Iulio I I I. Marcello I I. Paulo I V. Pontificibus. Demum ob virtutum merita, Archiepiscopus Mediolani à Paulo I V. creatus, Ecclesie Mediolanensi præfuit annos 11.

124 **C**arolus I I. Comitis Giberti, & Margaritæ, Pij I V. Pontificis sororis, filius, Borromæus, ab eodem Diaconus Cardinalis Sancti Martini in Montibus, deinde Præb. Cardinalis Tit. S. Præxedis, & Archiepiscopus v I. Idus Februar. ann. 1569. creatus, post vitam sanctissimè actam, maximosq; pro Ecclesia labores exantlatos, Obijt 111. Non. Nouemb. 1584. Eius vitam & res gestas Carolus à Basilica petri, Episcopus Nouariæ, qui ei intimè fuerat familiaris, inter alios conscripsit. Sedit annos xx111. men. v111. dies xxv. sepultus in Ecclesia maiori.

T A B V L A

Dierum Festorum, & Vigiliarum, in Synodo Diocesana quinta ex Decreto Concilij Prouincialis tertij confecta.

**D**ierum Festorum, qui vniuersè in vrbis Diocesi, & Mediolanensi coli, & vigiliarum item, quæ ieiunio abstinentiæ obseruari debent, Tabula, ordine in singulos menses disposita, ad cuius præscriptum vnusquisque Parochus illa & festa & ieiunia, quæ in singulas hebdomadas incidunt, die Dominico proximè antecedere Parochialibus suis de more denuncient.

Ianuarus.

Octaua Natalis Domini, seu Circumcisio, Calendis.

Epiphania Domini, die 6.

S. Antonij, die 17.

S. Sebastiani, die 20. Mediolani ex voto publico.

Februarius.

Purificatio beatis. Mariæ Virg. die 2.

S. Matthiæ Apostoli, die 7. [Vbi ritus Ambrosianus est.

Mar-

**Martius.**  
 Annunciatio beatissimæ Mariæ Virginis, die 25.  
**Aprilis.**  
 S. Marci Euangelistæ, die 25.  
**Maius.**  
 SS. Iacobi & Philippi Apostol. calêdis.  
 Inuentio S. Crucis, die 3.  
**Iunius.**  
 S. Barnabæ Apostoli, & primi Episcopi Mediolani, die 11.  
 SS. Geruasij & Protasij martyrû, die 19.  
 Natiuitas S. Ioannis Baptistæ, die 24.  
 SS. Petri & Pauli Apostolorum, die 29.  
**Iulius.**  
 S. Iacobi Apostoli, die 25.  
**Augustus.**  
 S. Laurentij martyr, die 10.  
 Assumptio Beatissimæ Mariæ Virginis, die 15.  
 S. Bartholomei Apostoli, die 24.  
**September.**  
 Natiuitas Beatiss. Mariæ Virg. die 8.  
 S. Matthæi Apostoli & Euangel. die 21.  
 S. Michaelis Archangeli, die 29.  
**October.**  
 SS. Simonis & Iudæ Apostolorû, die 28.  
**November.**  
 Solennitas omnium Sanctorum, Cal.  
 S. Martini Episc. & confes. die 11.  
 S. Andreæ Apostoli, die 30.  
**December.**  
 Ordinatio S. Ambrosij Episcopi Doct. & patroni Mediolani, die 7.  
 Conceptio beatissimæ Mariæ Virginis in vrbe Mediolano, die 8.  
 S. Thomæ Apostoli, die 21.  
 Natiuitas Domini nostri Iesu Christi, die 25.  
 S. Stephani protomartyris, die 26.  
 S. Ioannis Apostoli & Euangel. die 27.  
 SS. Innocentum, die 28.  
 S. Siluestri Papæ, die 31.  
 Solennitates, & festa Mobilia.  
 Pascha Resurrectionis Domini cû duobus diebus proximè sequentibus.  
 Dies festus depositionis S. Ambrosij, qui celebratur in feria quinta quæ Pascha proximè sequitur.  
 Ascensio Domini nostri Iesu Christi.  
 Pentecoste cum duobus diebus proximè sequentibus.

Solennitas Sanctissimi Corporis Domini.  
 Omnes singuliq; dies Dominici.

## T A B V L A

Vigiliarm, seu ieiuniorum, quæ ex præcepto sanctæ Matris Ecclesiæ, aut ex consuetudine huius nostræ Ambrosianæ Ecclesiæ seruantur.

Vigilia Natiuitatis Domini.  
 Vigilia Pentecostes.  
 Vigilia Assumptionis Beatissimæ Mariæ Virginis.  
 Vigilia sanctorum singulorum Apostolorum, præterquam sanctorum Ioannis Euangelistæ, & Philippi & Iacobi Apostolorum.  
 Vigilia festi omnium Sanctorum.  
 Vigilia Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ.  
 Vigilia beati Laurentij martyr.  
 Vigilia ordinationis S. Ambrosij Episcopi, & patroni.  
 Vigilia S. Sebastiani mart. in vrbe Mediolano, ex voto publico.  
 Ieiunium singulis diebus quadragesimæ, exceptis Dominicis.  
 Strata quatuor temporum ieiunia.  
 Ieiunium triduanum in Litanijs quæ minores dicuntur.  
 Porro in vigilijs quæ infra ordine describuntur, illud Parochi Parochiæ suæ fideles hortentur, vt quamuis nunc illi ieiunij lege adstricti non sint, ad vsu tamè pristinum id pro pietatis deuotionisq; studio reuocare studiat, vt ieiuent, aut saltem à carnis esu abstineant; atque hæc quidem vigiliæ sunt.  
 Vigilia Epiphaniæ.  
 Vigilia Ascensionis.  
 Vigilia sanctissimi Corporis Christi.  
 Vigilia Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis.  
 Vigilia Sancti Martini Episcopi & confessoris.  
 Vigilia SS. Martyrum Geruasij & Protasij.  
 Vigilia SS. Naboris & Felicis.  
 Vigilia SS. Nazarij & Celsi.

T A B E L

TABELLA

Aliquot Erratorum & multarum Clericalium.

Primum unicuique Canonico, dignitate item prædico, Parocho, animarumve Curatori, & alii cuiusvis ordinis Clerico, quicumque ille sit, qui in his infra ordine notatis capitibus aliquid culpæ commiserit, aut aliquo modo errarit, peccaritve, certas multas hac tabella generatim speciatimve exaratas, atque ipso facto subeundas, constituimus ac sancimus.

Quas multas in vrbe præfecti regionarii per nos delecti, in Diocesi Vicarij nostri foranei, in sua quique regione commissa statim exequantur.

Si quis facti aut errati sui executioni prætextu causamve afferat, quò minus multam subierit, is tamen primò multam loco infra constituto deponat; deinde facti sui causam excusationemque Præfecto, Vicariove exponat.

Hic postea ad nos, quidquid ab illo vel cause, vel rationis, excusationisve afferetur, sedulo referat: tum quod nos de multa decreuerimus, planè exequatür. Si verò ille commissam multam bidui spatio sponte sua non soluerit, aut deposuerit; Præfecti, Vicarijve sit, quidquid errati, aut culpæ, aut negligentia in hoc genere admissum ab eo est, ad nos, Vicariumve nostrum generalem per literas deferre: tum iubere, illum qui errarit, ad certam constitutam diem ipsum Vicarium conuenire: cuius iudicio arbitrio, is vel grauiorem etiam multam pœnamve pro ratione errati subeat, vel cognita vera causa, absoluatür.

Multa omnis dupla ijs singulis sit, qui semel de errato moniti, & correcti, aut multati, in eodem iterum offenderint, peccaritve.

Ne sine nostro, aut Vicarij nostri generalis consensu, multam commissam, eiusve partem remitti cõdonariue liceat. Nec verò in Diocesi, nisi à Visitatore ac promotore nostro.

Si certa aliquot capitibus multa speciatim nominatimque Decreta sancitave non est; ea sanè multa sit, quam Præfectus, Vicariusve foraneus statuerit.

Ne minor sit tñ quadrante aurei nummi: nec verò maior itidem nummo aureo.

Regionatim igitur tota vrbe & Diocesi circa multarum constituantur; in qua scilicet multa omnis pro erratis tabella hac sigillatim per capita notatis Ecclesiastico cuiquam homini irrogata deponatur, atque asseruetur; vt arbitratu nostro, prout opus esse viderimus, vniuscuiusque illius regionis tum vrbanæ tum Diocesanae sacerdotibus clericisve egentibus, aut ecclesijs facultatum tenuitate laborantibus, in vsum eleemosinamve conferatur; aut in Ecclesiasticam suppellectilem clero illi regionario vsui communi futuram erogetur.

Porro ea arca per regiones vrbs in Sacristia Ecclesiæ, vbi cleri Præfectus regionarius, per Diocesim in Sacristiis Ecclesiarum, vbi vnusquisque Vicarius foraneus residet, tuto collocetur.

Proinde duabus clauibus opere fabrilis diuersis claudatur; quarum altera à Præfecto, Vicariove, aut ab eorum Cancellario, Ecclesiastico homine; altera à Parocho viciniore custodiatur.

Nec verò hac multarum constitutio ne derogatum sit, quominus cum singulis errantibus, pro errati, culpæ, ac negligentia ratione, & à Præfectis regionariis, & à Vicariis foraneis, & à visitatoribus pro auctoritate sibi concessa, & à Vicariis præterea nostris qui Mediolani sunt, aliis etiam pœnis multisve ex canonum iure, atque ex conciliaribus Synodalibusve sanctionibus, & illorum item arbitrio irrogandis, agi possit.

Errantes vt infra sigillatim notati, vel Sacerdotes, vel Clerici, vel alii, quicumque sint, multam pendant ex regulis supra sancitis.

Quicumque Sacerdos, Clericusve, Synod Dioc. cef. 4. cap. 25  
cum vel domicilium, vel beneficium Ecclesiasticum, vel alia ratione statum mutarit, si ex institutionum, quas vulgari sermone de statu cleri edidimus, præscripto, statim vt debet, non denunciarit.

Qui præstitarum functionum Ecclesiasticarum, confessionum, communionum, ac lectionum item testimonium

H h h scri-



scriptum ad constitutam diem non attulerit, exhibueritve.

Qui in vestitus ratione prescriptas in Synodis Prouincialibus Diocesanasque regulas non seruarit; aut ab ijs quidquam aberrarit.

Hic, præter multam arbitrariam, mulctetur etiam statim veste, quam induerit contra formam prescriptam modum.

*Prouinc. 2.  
tit. 2. c. 18.*

Qui in Ecclesiam cui adscriptus est, in Parochialemve, ad officia diuina celebranda constitutis diebus non conuenerit, mulctetur solidis quinque.

*Prouinc. 3.  
tit. de vita.*

Qui alijs præterea diebus, & in officijs per nos constitutis non adfuerit, plectatur item solidis quinque.

*Disc. 3. c. 4.*

Qui in funeralibus officijs, aut processionibus contra Prouinciales Diocesanæ constitutiones, & instructiones eo de genere vulgariter editas, quidquam errarit, peccaritve: multa ei sit solidorum quinque, præter alias pœnas multasve speciatim illis instructionibus sancitas.

Qui à Visitatore, vel à Præfecto, vel à Vicario foraneo, Scholæ Christianæ operam diebus festis nauare iussus, aut ei muneri adscriptus, ab ea opera functioneue abfuerit, vel ex prescripto operam verè non dederit; eandem multam luat solid. 5.

*Prouinc. 2.  
tit. 2. c. 47.*

Quicumque Canonicus, Clericusve, in sua collegiata, Parochialive Ecclesia, cõcioni, aut lectioni sacræ, quam etiam Parochus explicarit, nõ interfuerit; aut sanè si interfuerit, non superpelliceo, nõ aliove chori vestitu, pro sui officij quod in ea ecclesia gerit, ratione indutus, pendat item solid. 5.

*Prouinc. 2.  
tit. 2. c. 47.*

Qui ab hebdomadarijs Cleri lectionibus, etiam priuatim explicandis, quibus adscriptus sit, abfuerit; tantundem etiam multa soluat.

Qui verò ad congregationes mensuales, aut hebdomadarias, etiã in Diocesi, Prouincialibus nostris Decretis constitutas, aut alias etiam extraordinarie, iussu, vel Præfecti, vel Vicarij Foranei conuocatus, non conuenerit; hic porro plectatur multa solidorum decem.

Quicumque prescripto tempore non præstitit, quod à se in Ecclesia, capella, altarisve sui instauratione, ornatu,

apparatu, instructioneue fieri, Reuerendus Visitatoris Apostolici, vel nostris, nostrique etiam Visitatoris Decretis, siue generatim, siue speciatim nominatimve iussu est; in illius Ecclesiæ, capella, aut altaris usum erogare duplum cogatur; nisi ad excusationem mensis spatio causam literis exaratam, quæ nobis probetur, attulerit.

Qui vel in sua Ecclesia, vel in funeralibus officijs, vel in processionibus quibus præfuerit, Ecclesiasticos cantores, sacristas, custodes, clericos, & organistas item, sine comprobationis nostræ literis, ac constituto tempore renouatis, adhibuerit, conduxeritve, aut admiserit.

*Synod. Dioc.  
tit. 4. c. 18.*

Qui laicos item cantores clericalibus vestibus & superpelliceo ad prescriptum non omnino indutos conduxerit, adhibueritve, aut admiserit: Qui itidem sine comprobatione nostra literis exarata, & ad prescriptum tempus renouata, fecerit.

*Prouinc. 2.  
& Dioc. 3.  
tit. 4. c. 19.*

Qui laicos vltos, pueros etiam, sine facultatis à nobis eo nomine datæ literis, Sacerdoti Missæ sacrum facienti ministrare, aut in diuinis, funeralibusve officijs, in processionibus, in Ecclesia denique, clericalia ministeria gerere, crucem clero præferre, lumina accendere, campanas pullare, aliasve Ecclesiasticas minorum ordinum functiones obire permiserit, iusseritve.

*Disc. 4. c. 18.*

Qui in Diocesi laicum, etiam non conductum, in choro vnâ cum clero sine Vicarij nostri comprobationis literis canere permiserit.

Hæc porro capita quatuor proximè explicata, ne in vrbe locum habeant, nisi quindecim post tabule huius editionem diebus, in Diocesi verò, duobus ab eadem editione mensibus.

Qui festo Ecclesiæ die, aliave celebri tate, contra quam in Diocesana Synodo prescriptum est, accesserit non euocatus: qui que alium exceperit, qui que item mensam appararit, exhibuerit.

*Synod. Dioc.  
tit. 4. c. 12.*

Quicumque rector, sacristaue, in Ecclesia vbi plures Missæ celebrari solent, id non effecerit, vt singulis diebus vna diluculo, in aurora scilicet, ad prescriptum celebretur.

*Prouinc. 2.  
tit. de Missa*

Qui contra prescriptum visitationis Apostolicæ

*Tabella errorum & multarum Cleric.* 851

Synod. Dioc. c. 7. **Stolicæ, & Decreti Diocesani, vno eodemq; tempore plures quam duas Missas in eadem Ecclesia celebrari permiserit.**

Prouinc. 7. tit. de Missa Dioc. 3. c. 24. **Qui sine facultatis à nobis concessæ, aut non renouatæ literis, Missæ sacrum fecerit; aut in sua Ecclesia ab alio Sacerdote fieri permiserit.**

Prouinc. 1. tit. de Missa Dioc. 3. c. 17. **Qui celebrandæ Missæ præscriptum ab rectore Ecclesiæ sacristaue ordinè constitutamve horam non seruauerit; hic speciatim mulctetur solidis decem.**

**Qui in altari, aut Ecclesia, aut oratorio, in quo Missæ sacrum fieri vetitum sit, fecerit, celebrariue.**

Prouinc. 1. & 3. tit. de Missa. **Qui in Ecclesiis, oratorijsve Diocesanis, quæ intra alicuius Parochialis Ecclesiæ fines sunt, ante absolutam Parochi concionem contra præscriptum nostrum Missæ sacrum fecerit.**

Synod. Dioc. c. 17. Dioc. 3. c. 6. Dioc. 4. c. 30. **Quicumque rector, sacrista, aliusve Sacerdos, in Ecclesia, vbi ob festi diei celebritatem, vel ob aliam solennitatem causamve plures Missæ celebrantur, decretum v. i. in Synodo Diocesana I. I. & decretum item XXVI. in Synodo Diocesana I. I. I. & decretum præterea XXX. in Synodo Diocesana I. I. I. per nos editum, non seruauerit.**

Synod. Dioc. c. 17. Dioc. 3. c. 6. Dioc. 4. c. 30. **Quicumque rector, aliusve Sacerdos, de libro Missarum, de subscriptione, & de cæteris quoque non præstitit, quæcunq; toto eo de genere in Synodo Diocesana II. cap. v. i. à nobis præscripta sunt.**

Synod. Dioc. c. 16. **Quicumque Sacerdos, Missæ sacri singulis aut certis aliquot hebdomadæ diebus faciendi munere suscepto, plus inde elemosinæ acceperit, petieritve, quam aut in Synodo Diocesana I. I. præfinitum decretum sit, aut in facultatis sibi eo nomine datæ literis speciatim explicatum sit: præterea duplo elemosinæ præter præscriptum acceptæ, vel petitiæ mulctetur.**

Syn. Dioc. 7. 37a. Dioc. 3. **Quicumque Capellanus Sacerdos, muneris à se suscepto Missæ sacri in aliqua certa capella Ecclesiæ celebrandi, ipse per se legitima cessante causa, non satisfecerit: aut non in suo, sed in alieno altari celebrari; nisi id præfatus regionarius, Vicariusve Foraneus aliquando probata causa concesserit, permiseritve. Hic, quoties id errati admiserit, mulctetur solidis decem.**

**Qui in diuinis officiis vestes & ornamenta ex ritu institutioneue Ecclesiæ non benedicta adhibuerit.**

**Qui Calendarium anniuersarium nõ habuerit, aut ex eius præscripto horarum diuinum officium non recitarit.**

**Quicumque clericus, in Ecclesia, in ecclesiasticisque functionibus superpellicem semper non adhibuerit: quiue illum aut non adhibentem, aut lacero fordidove eo vtentem, in Missæ sacro ministrare, aut in diuinis officiis Ecclesiasticas functiones, siue intus in Ecclesia, siue foris obire permiserit.**

**Qui pro foribus Ecclesiæ stans, aut per vias incedens, nisi processionis, alteriusve muneris Ecclesiastici obeundi causa, superpellicem induerit.**

**Qui in Missæ sacro, diuinisq; officijs, lumina præ numero aut præ exiguitate tenuitateve minus decencia adhibuerit.**

**Qui verò funeralibus officijs, aut processionibus peractis, ad suam Ecclesiam ordine vnâ cum illius Cruce non redierit; hic sanè tanquam absens à toto illo officio censeatur.**

**Quicumque Præpositus in choro, diuinisque officijs, cappam, quod in signe est suæ dignitatis, semper non adhibuerit; absentis loco censeatur, ne particeps sit distributionis officii illius horarii, in quo ita errarit. (non gestarit.**

**Qui item diebus solennioribus ferulam aut Canonice præterea absque facultate à præfeto impetrata breuius tri-duo abfuerit: qui verò diutius sine missionis literis ab Archiepiscopo impetratis abfuerit.**

**Qui de capitulo, collegarum canonicorum absentiam octo dierum spatio post singulos tres anni menses ex Concilio Prouinciali I. I. I. præscripto non denunciarint.**

**Quicumque Canonicus ad duos menses, ac deinceps ad constitutum in Concilio Prouinciali I. I. I. tempus, scriptæ, tabulas publicas, instrumenta ad præbendæ suæ ius pertinentia, in capitulo archiuuium non detulerit.**

**De Parochis, animarumve curatoribus.**

**Qui in Diocesi die festo ad Doctrinæ Christianæ scholas statis campanæ signis populum non conuocarit.**

Hhh 2 Qui

Prouinc. 1. tit. 2. cap. 20. Dioc. 1. c. 6.

Prouinc. 1. Dioc. 4. c. 19.

Synod. Dioc. c. 3. cap. 10.

Synod. Dioc. c. 4. cap. 19.

Synod. Dioc. c. 2. cap. 28. Prouinc. 1. tit. de min. Eccles.

Prouinc. 1. tit. de ref. Prouinc. 3. tit. de cap. instrumenta.

Qui in Dioecesi item iisdem scholis adesse, fideique Christianae rudimenta statim festis diebus ante vesperum tradere neglexerit, praetermiserit, omiseritve, idque spatio unius horae mensibus Decembri & Ianuario, reliquo omni anni tempore duabus ipsis horis.

Qui in vrbe ad praefecti regionarii praescriptum iisdem scholis adiuuandis, operam, vt opus erit, non nauauerit.

Qui inter Missae sacrificium profana denunciarit.

Synod. Dioec. 4. cap. 30

Qui diebus festis, duabus circiter post solis ortu horis Missae sacrum non fecerit.

Qui in sua Ecclesia Parochiali diebus festis Missam non celebrarit.

Prouinc. 3. tit. de par.

Qui diebus festis in Ecclesia sua Vesperarum officium non recitarit; quive statuta hora ex tabellae nostrae praescripto non praestiterit.

Dioec. 3. c. 4. Prouinc. 3. tit. de diu. offic.

Qui Sabbato sub Vesperum Antiphonam: [Salue Regina] in sua itidem Ecclesia non cecinerit.

Qui in singulos dies statim horis, mane scilicet, meridie, & vesperi, sono campanae signum salutationis Angelicae recitanda de more non dederit.

Qui item orationis vesp. & matutinae certa statuta hora a nobis instituta significationem campanae sonitu non fecerit. Qui eidem orationi, cum in Ecclesia etiam extra ordinem iussu nostro sit, praesens non adfuerit.

Qui processionem habere; quiq; Litanias ob extraordinaria causam aliquando Summi Pontificis, aut iussu nostro institutas, in ecclesia sua recitare omiserit.

Qui die festo non praedicarit, sermonemve habuerit ad populum; nisi hoc ei munus a nobis, Visitatoribusve nostris vetitum sit.

Prouinc. 7. tit. de praed. & de Missa. 5. Aprilis.

Qui, si id muneris obire prohibitus est, de suggestu aut in altari de libro praescripto dimidio horae spatio non legerit: si quando adiutorem concionandi causa sibi a nobis datum non habeat, qui partes suas eo in genere suppleat.

Prouinc. 3. tit. de Sacramentalibus

Qui in singulos dies dominicos aqua benedictam non renouarit; quiq; id non praestiterit ex praescripto tabellae nostrae.

Prouinc. 1. tit. de sacra. ho. gen.

Qui in baptisimo, extrema vnctionis, matrimonii, & communionis item frequentioris ministerio, non aliquid populo explicarit, quod ad Sacramenti quod ministrat, vim, naturam, virtutesque pertineat.

Qui Baptizatorum, Confirmatorum, Prouinc. 3. Matrimonio iunctorum, libros, & eiusdem generis alios, mensae post huius tabulae editionem non habuerit, paraue- ritve: quive item praescripta forma non habuerit: quive praeterea loco tuto & decenti non custodierit.

Dioec. 4. c. 8. Dioc. 3. c. 11.

Qui singulorum eorum librorum, cum suis mutationibus, additionibusve, exemplum quotannis praestituto tempore nobis non tradiderit: quiq; eius traditionis testimonium cancellarii manu exaratum roboratumve, in Dioecesi Vicario Foraneo, in vrbe praefecto regionario non attulerit.

Qui de statu animarum librorum non confecerit, renouaritve: quiq; eius exemplum ad constitutum tempus nobis non tradiderit, ex praescripto instructionum quas eo de genere vulgariter edidimus.

Qui tabernaculi, & Sanctissimae Eucharistiae, & rerum sacrarum, clauis apud se tuto non asseruarit, custodieritve.

Dioec. 4. c. 9.

Qui in sacra Eucharistia, sacris oleis, sacrisque rebus asseruandis, corporalibus, purificatoriis, calicibus, & aliis eiusmodi sacris rebus, aliquid incultum, situq; obsordescens, puluerulentum, aut rei sanctitate indignum habuerit: quiq; id inesse permiserit.

Qui sacrosanctis Sacramentis ministrandis vllam auaritia labem commiserit.

Qui singulis saltem diebus dominicis sacram Eucharistiam non renouarit.

Prouinc. 3.

Qui in maiori tabernaculo praeter sacram Eucharistiam quidquam aliud custodierit, retinueritve.

Qui lampadem Sanctissimae Eucharistiae praelucetem, perpetuo ve accensam non adhibuerit.

Prouinc. 7. tit. de Euch.

Qui sodalitem S. Corporis Christi instituere, aut conseruare neglexerit.

Qui in orationis 40. horarum celebritate regulas praescriptas non seruarit.

Prouinc. 7. tit. de Euch.

Qui de administratione S. Communionis regulas instructionibus nostris vulgariter explicatas non obseruarit.

Qui ad earum instructionum praescriptum tempore constituto eos non denunciarit.

ciarit, qui non confessi, quive communione in Pascha non sumperint.

Qui item de sacramento Pœnitentię reliqua iisdem nostris instructionibus tradita non præstiterit.

Diç. 4. c. 15. Qui in egroti cura, officijs in Synodo Diocœsana IIII. præscriptis defuerit.

Diç. 4. c. 34. Qui altaris pallium cadaveri efferendo, aut cœnotaphio ornado adhibuerit.

Diç. 3. c. 47. Qui pro mortuis officia integra cum tribus nocturnis non recitarit.

Prouinc. 2. tit. 2. cap. 1. Qui clericum peregrinum aduenamve præfinito tempore non denunciari.

Diç. 3. c. 22. Qui alienæ Diocœsis clericum, regu- la Decreti in Synodo Diocœsana tertia editi non seruata, ad diuina officia con- celebranda euocarit, aut admiserit.

Prouinc. 1. de prof. fidei. Qui præfinito tempore, ludii magi- stros, aliosq; professores, quive quouis modo literas, artesve liberales docent, non denunciari.

Prouinc. 3. tit. de fide. tue. ita. Qui sine testimonio præstita profes- sionis eosdem in suæ Parochiæ finibus docere patietur.

Diç. 4. c. 17. Qui ineunte Aduentu & Quadragesi- ma, patres familias, ad Decreti quod in Synodo Diocœsana IIII. confecimus, præscriptum, non conuocarit.

Qui constitutionum Pontificalium, Decretorum Prouincialium & Diocœ- sanorum, edictorum nostrorum, & lite- rarum Pastoralium, aliorumve id gene- ris scriptorum, lectionem, promulgatio- nem denunciationemve, certis statis an- ni diebus, aut etiam extra ordinem ali- quando præscriptam, non præstiterit.

Qui statas mensuras Parochorum congregationes præscripto tempore nõ habuerit.

Qui a præscriptis frugalibus Sacerdo- talisve mensuræ regulis in ijs ipsis congre- gationibus discesserit.

Prouinc. 1. tit. de par. Qui clericum sibi in sacris ministran- tem sustentare iussus, non habuerit ta- lem, qualem illum habere par est.

Diç. 4. c. 28. Qui ad Synodi Diocœsanæ, & secundę & quartę præscriptum, caputium Paro- chiale insigne non induerit, gestaritve.

Quicunque parochus, siue vrbanus, siue Diocœsanus, nobis p literas vniuf- cuiusque mensis initio non significarit, denunciariue, quidquid ex instructio- num, quas de statu cleri cognoscendo

olim edidimus, præscripto, deferre, si- gnificareve debet.

Quicunque, item etiam vrbanus Pa- rochus, tertio quoque mense ad nos li- teras non scripserit de ijs infra ordine notatis rebus.

De puerorum numero, eorumque in literis clericali que morum disciplina progressu, quos ex visitationis Apo- stolicę Decreto ad clericalem militiam instituendos e parochia sua suscepit.

De clericorum parochialium mori- bus, studijs, vestitu, frequenti que ad Ec- clesiam conuentu.

De illis, qui, parochiæ suæ homines, in hæreticorum locis, hæresisve nomi- ne suspectis morantur.

De sodalitatum Doctrinæ Christia- nę, & sodalitiõrum item Corporis Chri- sti Domini progressionibus.

De populi sibi commissi in Christia- na disciplina & pietate progressibus; rursusque de impedimentis.

De visitationum, & Decretorum in visitatione, vel generatim, vel specia- tim per nos editorum, executione, quæ scilicet tribus antea mensibus proximis præstita sint; quæ item non: & quid im- pedierit obstiteritque, quominus debi- tam executionem habuerint.

De vniuscuiusque eorum, qui intra pa- rochiæ fines beneficia Ecclesiastica ob- tinentes residere debent, absentia.

Tabula hæc per capita distinctè exara- ta, ab ijs singulis quorum interest, inuiolatè planè seruetur.

Quicunque autem in vrbe cleri Præ- fectus regionarius, & in Diocœsi Vica- rius Foraneus, in ijs vel vniuersis vel singulis mulctis, quæcunque hæc Tabel- la generatim speciatimve sancitæ sunt, sedulo exequendis, aliquid negligentię culpæve contraxerit, aut admiserit: is dupli mulctam eo capite sancitam, in quo negligenter egerit, planè luat; & gra- uiores præterea a bitratu nostro.

Tabella errorum in diuinis officijs su- neribus, &c. supra disposita est par. 4. Actorum.

pag. 780. H h h 3 TA-

Prouinc. 7. tit. 2. c. 28.

Prouinc. 1. tit. de reb. in fin.

TABELLA  
Horarum Canoniarum, vel pulsationis  
campanarum, ex præscripto Con-  
cilio Prouincialium, ac  
Diocæsanorum.

**C**um in Concilio Prouinciali primo præscribatur, Matutinum, vel media nocte, vel saltem eo tempore instituendum, vt sub ortum Solis absolutum sit: ideo in hac edenda Tabella hæc ferè ratio est obseruata, vt in tota ferè hyeme, scilicet à mense Octobris vsque ad Calendas Aprilis, pulsetur ad Matutinū horis duabus quartis item duobus ante ortum Solis: in æstate uerò, scilicet à Calendis Aprilis, vsq; ad Calendas Octobris, per duas tantum horas ante ortum Solis, præterquam in media æstate propter breuitatē noctis: ita tamen vt à primo vsque ad tertium signum, horæ integræ spatium intericiatur.

Ratio uerò pulsandi ad Tertiam (quā pulsationem Campanonum uocant) ita obseruetur, vt in diebus festis, & quando cunque concilio habetur, liceat præfatis Ecclesiarum eam dimidiæ horæ spatium præuenire: ita tamen, vt à fine officii Matutini, aut aliorum officiorum, quæ aliquando post Matutinum celebrantur, vsq; ad hanc Campanoni pulsationem, horæ integræ spatium interiectum sit, nisi ugens necessitas aliter cogat.

Oratio matutina ex Decret. Concilii Prouincialis quarti in usum huius Prouinciæ introducta, in collegiatis pulsetur cum [Te Deum,] inchoatur.

In reliquis uerò Parochialibus Ecclesiis, in hyeme per horam ante ortum Solis, in æstate per dimidiam horam.

Vespertina uerò oratio distinctis campanarū iſtibus per quartam horæ partem, vt illa, pulsetur, ante Salutationem Angelicam uespertinam.

Ad orationem pro defunctis, ex Decret. Prouincialis Concilij 6. introductam, pulsetur in æstate hora prima noctis; in hyeme hora secunda, vt Synodo Diocæsana 11. cautum est.

Missæ Parochialis sacrificium die festo circiter duabus post ortum Solis horis celebretur, datis semper ante stas Campanarū signis, iisque horæ dimidiæ

interuallo distinctis, ex Decreto Concil. Prouincialis 4. par. 2. tit. [Quæ pertinet ad Sanctissimum Missæ sacrificium.]  
Sexta quaque feria circa horam meridianam Campanarum sono signum detur, ad Domini Nostri Passionem recolendam, ritu Salutationis Angelicæ. Concilio Prouinciali 2. Decret. 10.

Ratio pulsandi ad Matutinum in singulis mensibus. Ratio pulsandi ad Tertiam in singulis mensibus.

Ianuarius.

A primo die vsque ad decimum, pulsetur, hor. 12. q. 2. 16. q. 2.

A decimo ad vigesimum, hor. 12. q. 1. 16. q. 1.

A vigesimo vsque ad finem, hor. 12. 16. q. 1.

Februarius.

Die quarto vsque ad quindecim, hor. 11. q. 2. 16.

Die decimo quinto, h. 11. q. 1. 15. q. 3.

Die vigesimo, hor. 11. 15. q. 2.

Martius.

Die primo vsq; ad decimum, hor. 10. q. 2. 15.

Die decimo, hor. 10. 14. q. 2.

Die vigesimo, hor. 9. q. 2. 14.

Aprilis.

Die primo vsq; ad decimum, hor. 9. q. 1. 13. q. 2.

Die decimo, hor. 9. 13. q. 1.

Die vigesimo, hor. 8. q. 2. 13.

Maius.

Die primo vsq; ad decimum, hor. 8. 12. q. 2.

Die decimo, hor. 7. q. 2. 12.

Die vigesimo, hor. 7. q. 1. 11. q. 3.

Iunius.

Die primo vsq; ad vigesimum, hor. 7. 11. q. 2.

Die vigesimo, hor. 7. 11. q. 1.

Iulius.

Die primo vsq; ad vigesimum, hor. 7. q. 1. 11. q. 2.

Die vigesimo, hor. 7. q. 2. 11. q. 3.

Augustus.

Die primo vsq; ad decimum, hor. 7. q. 2. 12.

Die decimo, hor. 8. 12. q. 2.

Die vigesimo, hor. 8. q. 2. 12. q. 3.

Se-

TABVLA CENSVRARVM,  
& casuum referuatorum.

Carolus S. R. E. presbyter Cardinalis,  
Tituli Sanctæ Prædix Archi-  
episcopus Mediol.

**P**arochis, confessariisq; omnibus & singulis, qui in vrbe Diœcesique no-  
stra Medediolanensi sunt, censuras, & ca-  
sus, quos partim Summo Pontifici, par-  
tim Episcopis referuatos, nosse debent,  
summatim iussu nostro in vnum colle-  
ctos, promulgamus, atque edicimus.

Et verò, nos, præter casus, quos annua  
faria tabella pro temporum ratione no-  
bis referuandos iudicauerimus, censure  
etiam, & casus omnes ac singulos, quos  
Episcopis, siue iure canonum, siue Pon-  
tificiis sanctionibus, siue Decretis Tri-  
dentinis, siue Conciliorum nostrorum  
iure referuatos, infra ordine distinctos,  
certoque numero notatos edimus: eos,  
nè de eiusmodi referuatione quisquam  
hæsitet & dubitet, nobis planè referua-  
tos declaramus, & denuo iam nunc per-  
petuò referuamus.

Proinde caueat vnusquisque, nè ab iis  
censuris & casibus aliquem sine scripta  
nostra facultate auctoritateq; absoluat,  
pœna excommunicationis proposita,  
quam ipso facto, qui contra fecerit, su-  
bire iam decreuimus, & rursus decerni-  
mus, atque declaramus.

Censuræ, & casus, Summo Pontifici  
referuati in literis processus Cœnæ Do-  
mini, in iisdem literis videantur, quæ  
quotannis eo ipso die edi solent.

Aliæ censuræ, & casus eidem referuati  
iure Canonum.

Ex Decreto, & Decretalibus.

**Q**ui suadente Diabolo manus vio-  
lentas in Clericum iniecerit, ex-  
communicatus est. cap. Si quis  
suadente  
17. quæst. 4.

Etiam si Clericus cui manus illata  
est, prima tantum tonsura insignitus sit.

Qui huius rei consilium, auxilium, c. Mulleres,  
de sentent,  
excomm.  
aut fauorem præstiterit.

Qui monacho item manum violen-  
tam iniecerit. d. c. Si quis

Hhh 4 Etiam

September.

Die primo vsq; ad  
decimum, hor. 9. 13.

Die decimo, hor. 9. 13. q. 2.

Die vigesimo, hor. 10. 14.

October.

Die primo vsq; ad  
decimum, hor. 10. q. 1. 14. q. 2.

Die decimo, hor. 10. q. 2. 14. q. 3.

Die vigesimo, hor. 11. 15.

November.

Die quarto vsq; ad  
quindecim, hor. 11. q. 2. 15. q. 2.

Die decimoquinto  
vsq; ad finem, hor. 12. 16.

December.

Die primo vsq; ad  
decimum, hor. 12. q. 1. 16. q. 1.

Die decimo vsque  
ad finem, hor. 12. q. 2. 16. q. 2.

Ratio pulsandi ad Vesperas.

In Hyeme.

A Calendis Nouembris vsq; ad  
Calendas Martii, tam in festis,  
quàm in ferialibus, hor. 20.

In Vere.

A Calendis Martii vsq; ad Ca-  
lendas Maii, tam in festis, quàm  
in ferialibus diebus, hor. 19.

In Æstate.

A Calendis Maii vsque ad Ca-  
lendas Septembris, in festis, hor. 18.

In ferialibus, siue Officium so-  
lenne sit, siue non, hor. 19.

In Autumno.

A Calendis Septembris vsq; ad  
Calendas Octobris, tam in fe-  
stis, quàm in ferialibus, hor. 19.

A Calendis Octobris vsque ad  
Calend. Nouembris, in festis, hor. 19.

In ferialibus, siue Officium so-  
lenne sit, siue non, hor. 20.

In Quadragesima diebus feria-  
libus ad Vesperas pulsatur uni-  
co signo statim post eleuatio-  
nè sanctiss. sacrificii in Missa.

Salutatio verò Angelica quæ an-  
te Vesperas pulsari solet, pul-  
set in Quadragesima hor. 19.

vel in meridie.

Ad Completorium in Quadra-  
gesima diebus ferialibus pul-  
satur per dimidiam horam. hor. 12.

Tit eodem, ea de Mon. cap. Religio fo eod titu. in 6

cap de Monialibus extra de sentent. cap. Nuper, de sentent. excommu. c. Cum quis de sentent. excom. in 6. cap. Contin. git. tit. eod. cap. Signifi. cavit. de sen. ten. excom. cap. Nuper, titu eodem.

cap. Eos, qui de sentent. excomm. in 6.

ca Fund. de elec. in 6.

cap. Multorum Clem. de haetic.

Clemen. de Priuileg. a. Religiosi.

a. Religiosi, Clemen. de Priuileg.

a. Cupientes sic. de poen. cap. Nuper, de sen. ten. excom.

Etiam si sit contra religioſus. Præterea, etiam ſi monachus ſit tantummodo nouitiuſ.

Et verò, etiam ſi monialis ſit, aut con- riciuſ, et ſine læſione corporis detinuerit. Qui item in vincula detrulerit.

Quicunq; in clericuſ, aut monachū ma- nus uolentæ iniectionem ratâ habuerit.

Qui in Clericum, etiam uolentem, & conſentientem, pro ſatisfactione offen- ſæ laico factæ manus uolentas, aut in- iuſiſas iniecerit.

Clericus, qui ſcienter & ſpontè in di- uinis participat cum excoicatis à Papa.

Qui ſcienter in crimine criminoſo communicat cum eo, qui nominatim à Papa excommunicatus eſt, conſilium, au- xilium, uel fauorem ei dando.

Qui ob mortis imminens periculum abſolutus ab excoicatione Papali, poſt à morbo confirmatus, quàm citò commo- dè poteſt, contempſerit ſe præſentare.

Qua nullo Sedis Apoſtolice conſeſſu aſſenſerit nominationi, aut electioni Se- natoris urbis Romæ, aut eius qui eiuſ- dem urbis gubernationi præſſe debet.

Ex clementinis.

Qui iniuſioſè, uel temerè aliquem Episcopum percuſſerit, ceperit, ex- pulerit, aut fieri mandauerit, aut ab alijs factum ratum habuerit; aut conſilium, auxilium, fauorem uel dederit. [Hodie etiâ in literis proceſſus cœnæ Domini.

Inquiſitores, & Sanctæ Inquiſitionis miniſtri, odio, gratia, uel quæſtu, alio ue commodo ducti, qui in hæreticis inqui- rendis negligentes ſunt, uel falſo hære- ſim imponunt.

Religioſi, qui abſoluunt excommuni- catos à iure, uel conſtitutionibus ſyno- dalibus; à culpa item, & pena.

Religioſi, qui non impetrata à paro- chis facultate, Sacramenta Eucharitiæ, aut extremæ vnctionis miniſtrant.

Religioſi item, qui non eorūdem con- ſeſſu matrimonia ſolemnizant.

Religioſi, & Clerici ſeculares, qui alios inducunt ad uouendum, promitten- dum uel, ut in ſuis Eccleſijs ſepulturas eli- gant, uel iam electas ne mutant.

Qui prohibent, quominus publicè ex- communicati, interdicti uel, de Eccleſia exeant, quo tempore Miſſæ ſacrificium ſit, ſi eis à celebrantibus denunciati ſit, ut de Eccleſia abeant.

Excommunicati, interdicti uel publi- cè, ſi à celebrantibus moniti fuerint ut de Eccleſia exeant, idque facere recuſa- rint, neglexerint uel.

Principes, & illuſtres uiri, qui inter- dicti generalis tempore cogunt aliquem Sacerdotem celebrare.

In extrauagantibus.

Qui corpus mortuum exenterant, & in fruſta incidunt, & aqua coquunt.

Qui interdictum ab Apoſtolica Sede promulgatum uoluerint.

Qui in perſonam Romani Pontificis conſpirauerint, & alia crimina perpe- trauerint, quæ eadem ſanctione Pauli II. expri- muntur. [Quæ omnia etiam hodie conti- nentur in literis proceſſus cœnæ Domini.

Qui aliquid ex pacto dat aut recipit pro ingreſſu religionis.

Qui dant, recipiunt uel aliquid ſimo- niacè in ordine ſuſcipiendo, aut benefi- cio conſequendo; qui proxenetæ item fuerint, procuratores uel, ut huiuſmodi ſimonia committatur.

Religioſi non mendicantes, qui in or- dines ſuos Fratres mendicantes reci- piunt, non impetrata nominatim facul- tate à Sede Apoſtolica.

Religioſi mendicantes, qui tranſeunt ad ordinem non mendicantium, facul- tate à ſummo Pontifice non impetrata, præterquàm ad ordinem Carthuſienſium.

Qui item eos in ſuos ord. adſcribunt.

Qui dant, accipiunt uel, promittunt, paciſcuntur uel aliquid, ut in curia Ro- mana iuſtitiam uel gratiam alicuius rei obtineant.

Qui item huius criminis reos non de- nunciant.

Qui Cardinalium, & aliorum qui in conclauſi ſunt, uel ipſius etiâ electi Pon- tificis domos, res, bona que illorum uio- lenter inuaſerit, receperit, occuparit, & aſportarit.

Qui præterea eius rei conſilium, au- xilium, aut fauorem præſtiterit.

Car-

cap. Grauis clem. de sen. ten. excom.

c. eodem, ut supra.

cap. Grauis clem. de sen. ten. excom.

De ſepult. cap. I.

ca. Et ſi Do- minici. de pen. & rem. Ibidem. d. c. & ſi Do- minici.

c. Cam dete- ſtabile. de ſi- mon.

Mart. III. in extrauag. uiam de re- gularibus.

Martinus V. conc. conſi.

Boniſ. VIII. in extrauag. de ſent. ex- com. cap. I.

Conc. conſi. ſeſſ. 41. cap. Omnis ſtat.

Ibidem.

**Julius II. in extrauagan. s. Cum tam diuina.** Cardinales, qui Sede vacante constitutioni de electione Romani Pontificis præter simoniam faciendâ contravenire præsumperint.

**Ibidem.** Cardinales item, qui aliquem elegerint simoniacè, à suis ordinibus, ac dignitatibus suspensi sunt.

**Ibidem.** Procuratores item, & mediatores, quicumque fuerint.

**Leo X. in cõcil. Lateran. Sessione 9.** Cardinales quoque, qui aliquid patefecerint in Concilio vetitum à Papa, unde aliquid præiudicij, aut scandali nascatur.

**Arch Florẽ. par. 3. tit. 25. cap. 10.** Qui ad sepulchrum Domini accesserint sine licentia Papæ.

**Ex volumine collectionis diuersarum constitutionum Pontificiarum.**

**Gregor. XI. constit. 3.** Quicumque de Ecclesijs, Monasterijsve vacantibus per Sedem Apostolicâ prouisus, aut ad ea translatus, earum prouisionum translationumve nunciatoribus aliquid dederit, promiserit, promissumve soluerit.

**Vrbani VI. constit. 6.** Quicumque laicus hominem ecclesiasticum relegarit, aut proscripserit: qui item proscriptionem in eum scripserit.

**Martinus V. constit. 4.** Quicumque ordinis Ecclesiastici alium Ecclesiasticum ad forum laicale traxerit.

**Nicolaus V. constit. 2.** Quicumque item laicus, auxilium, consilium, vel fauorem in ea re dederit.

**Pius II. constit. 3.** Quicumque equos, ferrum, lignamina, & alias merces, Alexandriam, vel in partes Egypti miserit, detulerit, aut mitti, deferriue permiserit. [Idem in literis etiam processus cœnæ Domini.]

**Julius II. constit. 6.** Quicumque à Summo Pontifice ad futurum concilium appellarit: qui item huius rei consilium, auxilium, vel fauorem dederit: qui item ei adhererit. [Hodie est in literis processus cœnæ Domini.]

**Paulus II. in extrauagan. munera.** Quicumque ministri Papæ, & omnes officiales, etiam Episcopali dignitate præditi, in terris Ecclesiæ officium quodcumque exercentes, munera accipiunt, præter esculenta & poculenta, quæ bido consumi possunt.

**Iustus III. constit. 3.** Quicumque de ecclesijs & locis sacris lapides & alia ornamenta abstulerit: qui item auferenti, seruanti, & retinenti, auxilium vel fauorem dederint.

**Innoc. VIII.** Quicumque, vt literas Apostolicas gratis expediat, se Cardinalis, aut assistentis familiarem commensalem, vel nepotem finxerit.

Quicumque eos qui in Romana curia litigant, aut illorum aduocatos, vel procuratores, vel iudices, testes, aut notarios, per se, aliosve minis affecerit, inuaserit, verberarit, aut occiderit.

Qui item eos receptorit, aut fauore adiuerit. [Hodie in literis etiam processus cœnæ Domini.]

Quicumque literarum Apostolicarum executionem impederit. [Hodie etiam in literis processus cœnæ Domini.]

Quicumque ciuitates, oppida, terras, & quæcumque alia loca Romanæ Ecclesiæ subiecta inuaserit, aut occuparit [Hodie in literis processus cœnæ Domini.]

Qui in sermonibus & prædicationibus miracula falsa incertave populo denunciant: qui item prophetias ex sacra scriptura non desumptas prædicare audent; Ecclesiæve prælatis scadalosè detrahunt.

Quicumque Dominus, uel Princeps permiserit latrocinia fieri ad urbem. [Hodie in literis etiam processus cœnæ Dni.]

Quicumque in duello pugnarit: quicumque item campum dederit, auxilium præstiterit; duello interfuerit. [Hæc quoque in Concilio Tridentino.]

Qui Palatii Apostolici bona detinuerit. [Hodie etiam in literis processus cœnæ Domini.]

Qui etiam prætextu regalium ea detinuerit: qui ite detinentes non reuelarit.

Quicumque in officio sacre Inquisitionis Episcopos & Inquisitores hæreticæ prauitatis impederit, perturbaritue.

Quicumque libros & scripturas camere Apostolicæ detinuerit: quique detinentes sciens non patefecerit.

Quicumque vt beneficium Ecclesiasticum impetret, se pro alio in examine supposuerit.

Quicumque vel Ecclesiasticus, vel laicus, per se, vel alium, adhuc uiuente Pontifice, cum aliquo de futuro Pontifice eligendo, vel verbis, vel scriptis, vel nuncijs tractarit, aut tentarit.

Quicumque libros hæreticorum, aut de hæresi suspectorum, quouis modo legit, apud se tenuerit, aut impresserit, aut venales habuerit. [Hodie etiam

Alexan. VI. constit. 6.

Leo X. constitutio. 25. Clem. VII. constit. 41. Leo X. constitutio. 19.

Leo X. Seff. 9. in Concil. Lateranens.

Leo X. constitutio. 29. Clem. VII. constit. 8.

Adrian. VI. constit. 3. Clem. VII. constit. 5.

Ibidem.

Julius III. constit. 16. Pius Quint. vt infra. Iulius III. constit. 5.

Paulus III. constit. 36.

Paulus III. constit. 42.

Paulus III. constit. 49.



- in literis processus coenae Domini.
- Pius IIII.** Quicumque alumina de partibus infidelium ad partes christianorum detulerit. **constit. 49.** Pius V. constit. 8.
- Pius IIII.** Quicumque literas, aut scriptum cuiusvis generis, aut nuncium, aut signum, ad eos qui in conclavi sunt miserit: qui item receperit. **constit. 61.**
- Qui contra è conclavi ad eos qui foris sunt scripserit, vel miserit.
- Pius IIII.** Quicumque regens, corrector, scriptor, & alius sacrae poenitentiarum Romanae officialis, aliquid contra constitutionem de ipsius poenitentiarum reformatione admiserit. **constit. 67.**
- Pius IIII.** Quicumque de parochiali ecclesia, aut perpetua vicaria, aut alio beneficio curato à Papa prouisus, iuramentum & obligationem de residendo intra praestitutum tempus non obseruauerit. **constit. 92.**
- Pius IIII.** Quicumque commentarios, glossas, notationes, scholia ediderit ad interpretationem Concilii Tridentini. **constit. 97.**
- Pius IIII.** Quicumque Nuncius Apostolicus, à principibus ad quos mittitur, dignitatis aut gradus obtinendi causa literas commendationis quouis modo ambierit; siue eorum studio & fauore, pro se, aut consanguineis suis uti audeat. **constit. 133.**
- Pius V. constit. 17.** Quaecumque mulier cuiusvis dignitatis, monasteria, & domos Carthusiensium, & aliorum regularium ordinum, etiam mendicantium, ingredi ausa fuerit.
- Pius V. constit. 6.** Qui ordine & beneficio ecclesiastico vel conferendo vel assequendo simoniae se gesserit.
- Interpretes, & internuncii eiusdem simoniacae prauitatis.
- Pius V. constit. 99.** Quaecumque monialis à clausura exierit: qui item exeundi licentiam dedit: comitans etiam, & receptans.
- Greg. XIII. infra.** Quicumque officii poenitentiarum Romanae procurator, scriptor, corrector, aliusque officialis, aliquid, etiam sponte oblatum, aut aliàs, siue pro expeditionis celeritate, siue pro alio extraordinario labore acceperit. **Pius V. constit. 53.**
- Pius V. constit. 21.** Quicumque Episcopo inferior, indicem casuum & gratiarum cum indulgentijs, soluta certa quadam pecunia, populo proposuerit, & euulgarit.
- Pius V. constit. 167.** Quicumque Christianus, alium Christianum in terris Turcarum habitantem tanquam mancipium ceperit, aut eius bona diripuerit!
- Quicumque alium quem Inquisitorem, aduocatum, promotorem, notarium, aliumve ministrum, officij Sanctae Inquisitionis, aut accusatorem, denunciatorem, aut testem in causa fidei, perterrefecerit, occiderit, verberauerit, deiecerit.
- Qui item eiusdem sacrae Inquisitionis, aut ministrorum aedes, aliasve res expugnauerit, inuasit, incendit.
- Qui eiusdem libros, literas, exempla, & alia quaecumque scripta combusserit, diripuerit, interuerterit, aut quocumque modo asportarit.
- Quicumque etiam consilium, auxilium, vel fauorem praestiterit.
- Quicumque item contra sacrae Inquisitionis officium delinquentibus veniam petere, aut pro illis intercedere tentauerit.
- Quicumque ecclesias, & beneficia ecclesiastica quauis palam, aut occultè retinuerit, aut receperit in confidentiam. Pius V. constit. 91.
- [Hoc etiam sancitum est constitutione Pij Papae Quarti.] Pius IIII. constit. 108.
- Quicumque S. R. E. Cardinalem fuerit hostiliter insectatus, percusserit, ceperit, aut mandauerit, socius fuerit, aut factum ratum habuerit: qui consilium vel fauorem dedit: qui istius facinorosum receptauerit, aut scienter defendit; & qui praeterea istiusmodi facinorosum, vel conspirantem quoquo modo scierit, & non reuelauerit. [Hæc sanctio à Bonifacio VIII. edita, plenius à Pio V. constituitur.] Pius V. constit. 98.
- Quicumque de Conceptione Beatae Mariae Virginis contra praescriptum constitutionis Xysti Quarti Pontificis, & Decreti Tridentini, affirmarit. c. Felicitis, de poenit. in 6. Pius V. constit. 114. Xyst. IIII. in ext. Graue nimis.
- Qui verò contra praescriptum constitutionis Pij Quinti disputarit, poenam suspensionis à diuinis incurrit.
- Qui vacantibus ecclesiarum dignitatibus, canonicatibus, praebendis, & eiusmodi, vult, disponit, aut statuta consuetudine se seruat, de fructibus, & distributionibus etiam, primo ab ipsa vacatione anno prouenturis, mensae Episcopali, capitulariue applicandis, aut in comunem vsum cedendis: qui item de his iuramentum praestari ordinat; aut qui pro-

- profissum ad iurandum de his seruandis inducit; aut talia non facienti impedit possessionem.
- Pius V. con-  
stit. 142. Quicumque gubernator locorum status ecclesiastici, licentiam ferendi armis tribus palmis breuiora, etiam ad breuissimum tempus concesserit.
- Pius V. con-  
stit. 16. Quicumque publicanus, pedagium, gabellam, vectigal, à regularibus ordinis mendicantium exegerit.
- Ibidem. Quicumque item ab eisdem pro reficiendis pontibus, viis, aqueductibus, & fluminibus, aliquid impensæ aut contributionis exegerit.
- Ibidem. Qui item vectigal denarioli carnis in singulas libras ab eisdem exegerit.
- Ibidem. Quicumque eosdem mendicantes, eorum bona, colonos, exemptos & immunes ab omnibus & singulis exactionibus non dimiserit.
- Pius V. con-  
stitutio ex  
superæ. Quicumque gubernator status ecclesiastici, & officialis, aliquem homicidam, aut exulem ab exilio reuocarit, uel saluum conductum ei fecerit, etiam ad diem vnum, nec emve vnam.
- Ibidem. Quicumque Dominus, & cuius Romanus, Sedi Apostolicæ subiectus, homicidam aliquem, exulem, aut facinorosum hominem Romanæ Ecclesiæ subiectum receptauerit.
- Ibidem.  
Paulus I. Idem præterea, qui iniuriæ vlciscendæ causa domum communierit, armatos turbam eo nomine excitarit.
- Ibidem.  
Paulus II. Quicumque item Romanus in ditio-  
ne sua, patrem, aut filium, fratrem, aut propinquum, aut amicum, domesticumque eius qui offenderit, iniuriæ vlciscendæ causa vulnerarit, mutilarit, aut occiderit.
- Pius V.  
Paulus I.  
Paulus II.  
Pius III. Quicumque in Regno Neapolitano, Baro, vel Princeps, homicidam, aut exulem Romanæ Ecclesiæ receptarit, protulerit, ei que auxilium, consilium, vel fauorem quouis quæsto colore dederit.
- Pius Quint.  
in bulla ex-  
tinctionis. Quicumque Præpositus extincti ordi-  
nis Humiliatorum aliquem ad profes-  
sionem receperit, aut quæ in bulla extin-  
ctionis continentur, non obseruauerit.
- Pius V. con-  
stitutio. cu-  
pientes. Quicumque Baro & Dominus Sedi  
Apostolicæ subiectus, frumentum, fruges, vltra vsum sibi, familiæque suæ necessarium emerit.
- Quicumque Baro Romanus quouis modo impedierit eos, qui frumentum, aliasque res victui necessarias ad urbem Romam comportarent. [Hodie est etiã in literis processus cœnæ Domini.
- Quicumque Episcopus, & patronus, tam ecclesiasticus, quàm laicus, à collatione, aut præsentatione suspensus effectus, beneficium contulerit, ad id præsentarit, vel instituerit.
- Quicumque Frater Sancti Francisci de obseruantia, in electione Ministri generalis, Prouincialium, Custodum, pro se, aut pro alio subornauerit: qui item subornatus est: qui subornantem non detulerit: qui pro hac re quemuis fauorem extra religionem procurauerit.
- Quicumque, cum aliquod oppidum locuſue ad Romanam Ecclesiam perti-  
nens vacauerit, de eo in feudum dando aliquo modo egerit.
- Qui Agnos Dei à Summo Pontifice consecratos depinxerit, aliquo colore infecerit, minio notarit: Qui item venales proposuerit.
- Quicumque pro expeditione gratiæ, vel iustitiæ aliquid pepigerit, dederit, acceperit, promiserit, acceptarit, siue per se, siue per interpositam personam: qui item auxilium, consilium, vel fauorem dederit.
- Quicumque prætextu facultatum Apostolicarum, quæ à Pio Quinto, & Gregorio XIII. Pont. abrogatæ sunt, monialium monasteria ingreditur.
- Quicumque, etiam regularium Superior, earundem licentiarum prætextu eò aliquem ingredi permiserit.
- Quicumque, etiam prætextu licentiarum Episcopaliū eò ingreditur, necessitatibus non vrgentibus.
- Quicumque, sal exterum in vrbes, & oppida, & loca Sedi Apostolicæ subiecta importarit.
- Quicumque frumenta, fruges, legumina, & animalia cuiusuis generis extra statum S.R.E. quouis modo exportarit.
- Quicumque Religiosus Sancti Francisci de obseruantia, contemptis Superioribus suis, ad tribunalia appellarit, & ad ea confugerit.
- Quicumque Frater Eremita Sancti Augustini congregationis Lombardiæ obno-  
dire
- Pius V. ibid.  
Pius V. con-  
stit. 52.  
Pius V. con-  
stit. 179.  
Greg. XIII.  
constit. 2.  
Pius V.  
Greg. XIII.  
constit. I.  
Greg. XIII.  
const. 22.  
Bonifacius  
Papa VIII.  
Greg. XIII.  
const. 28.  
Ibidem.  
Ibidem.  
Greg. XIII.  
constit. 38.  
Greg. XIII.  
constit. 39.  
& 42.  
Greg. XIII.  
const. 16.  
Greg. XIII.  
constit. Pro-  
nostii.

dire constitutioni neglexerit edita de exemptione monialiu eiusdem ordinis.

Greg. XIII. constit. Vniuersa.

Quicumq; monachus ordinis Cisterciensis aliquid commiserit contra constitutionem editam de exemptione monialium ab eodem ordine.

Greg. XIII. constit. 80.

Quicumque ditioni ecclesiasticæ subiectus, homicidas, grassatores, & damnatos crimine capitali exules receperit, recipi permiserit: qui item impedierit ne capiantur: qui etiam fecerit ut capti euadant qui præterea impedierit iustitiæ ministros, aut eos aliquo modo perterre fecerit.

Greg. XIII. constit. Duobus.

Quicumq; Episcopus monialium monasteria, præter casus necessarios, ingressus erit, si semel hoc fecerit, ingressu ecclesiæ interdicitur, si iterum, à munere Episcopali, & à diuinis suspenditur, si deinceps, ipso facto absque declaratione excommunicationem subit. Regularis autem, omni officio ac ministerio priuatus, excommunicationi similiter subiacet.

Idem.

Quicumque sine Pontificis concessu in prouincia Mediolanensi sacras reliquias asportarit: qui item ab vna ecclesia ad aliam transfulerit: qui aliquam earum particulam cõcesserit, donarit: qui item acceperit.

Ex constitutionibus Pontificijs de priuilegijs ordinis mendicantium.

Bonifac. IX. & Eug. VIII. in priuilegijs & aliterius ordinis

Qui monasteria ingrediuntur monialium ordinis Prædicatorum, Franciscanorumve, in casibus non concessis. Qui libellos conficiunt, scripta vella contra fratres ordinis Prædicatorum, & Franciscanorum.

Alexa. VIII. in eorū priuilegijs.

Qui negant eiusdem ordinis fratribus licere elemosinas quærere, aut prædicare, aut confessiones audire de facultate Summi Pontificis, sine cõsensu aliorum prælatorum inferiorum, rectorum ecclesiarum, aut parochorum.

Idem Alex. & Bonif. IX. in priuilegijs.

Qui in monasterijs, ecclesijsve suis apostatas detinent eiusdem ordinis, nisi illos eiecerint, vbi ipsis denunciatur et it.

Idem in priuilegijs.

Qui fratres eiusdem ordinis à consortio vniuersitatis Parisiensis reiiciunt, qui violentiam exercent contra loca ipsorū.

Leo X.

Quicumque iudex querelas fratrum, aut monialium ordinis Prædicatorum

susceperit, vel de eis cognouerit.

Quicumq; aliquem ex fratribus eiusdem ordinis coram aliquo iudice conuenerit.

Leo X.

Quicumque frater ordinis Sancti Augustini prætextu arctioris regulæ ad alium ordinem transferit sine licentia prioris generalis.

Ibidem.

Quicumque prohibuerit facere elemosinam fratribus eiusdem ordinis.

Xystus III.

Quicumq; frater eiusdem ordinis ab eo recedens, octo dierum spatio ad obedientiam non redierit.

Iulius II.

Quicumque illius ordinis bona occuparit; vel personas, conuentus, loca, aut possessiones vexarit.

Leo X. constitutio. lxxx. sponte.

Quicumque rector, aliusve vniuersitatis Parisiensis, aliquem ex fratribus mendicantibus quouis modo in studiorum cursu vexarit, aut per turbarit.

Calixt. III.

Quicumque princeps laicus reformationem fratrum conuentualiu impedierit ne fiat, aut factam mutari procurarit.

Xystus III.

Ex Concilio Tridentino.

Quicumque alicuius ecclesiæ, vel beneficii ecclesiastici, tam secularis, quam regularis, Montium pietatis, aliorumq; piorum locorum iurisdictionem, bona, census, ac iura quocunq; modo usurparit. [ Idem in Concilio Lateranensi sub Leone Decimo: Hodie est etiã in bulla cœnæ Domini.]

Sessione 11. cap. 11.

Quicumq; item ecclesiarum, aliorumque locorum fructus, emolumenta, aut quascunq; obventiones, per se, vel per alios, quocunq; modo in proprium vsum conuerterit.

Ibidem.

Quicumque etiam impedierit, ne ab ijs ad quos isdem fructus iure pertinet, percipiantur.

Ibidem.

Patronus item ecclesiæ, & clerici quocunq; qui huius nefariæ usurpationis fabricatores, aut consentientes fuerint.

Ibidem.

Quicumque Princeps, & alius, locum duelli concesserit: qui duellum commiserint, eorum patrini: qui item duelli consilium, tam iure, quam facto dederint: qui suaserint; ac præterea spectatores.

Sessione 25. ca. 19. supra Leo etia X. constit. 29. Clem. VII. constit. 1.

Censu-

Censuræ, & casus Episcopis referuati.

Ex decreto.

13. quæst. 5. 1 **Q**uicumque princeps, & iudex ter  
cap. Admini- admonitus, clericis iustitiam fa-  
stratores. cere neglexerit.  
11. quæst. 1. 2 **Q**uicumque laicus oblationes de sa-  
cap. finali. cris Ecclesiis auferre ausus erit.

Ex decretalibus.

- cap. Licet, 3 **Q**VI de tertiæ partis Cardinalium  
de electio. nominatione consilius, Papæ sibi no-  
men usurpat; & qui ipsum recipiunt:  
& qui à paucioribus quàm à duabus  
partibus Cardinalium electus, gerit  
se pro Papa, nisi maior concordia in-  
tercesserit.  
cap. 1. De 4 **Q**ui audent affirmare, ordinationes  
sclimat. ab Octauiano & Guidone factas ra-  
tas esse.  
cap. 1. de re- 5 **M**ulieres statum Beghinarum sectan-  
lig. domib. tes, vel de nouo assumentes; religiosi  
item qui eos admittunt; vel qui præ-  
bent consilium, auxilium, aut fauo-  
rem.  
c. Quoniam 6 **Q**ui usurpant Episcopatum in ciui-  
de offi. ord. tate, diocessive, vbi populi diuersis  
linguis vtentes, varios ritus sub vna  
fide habent.  
cap. Clerici. 7 **C**lerici, monachive, qui accipiunt  
Neclerici, officium vicecomitis, aut præpositi  
vel mona- sæcularis, si moniti non respuerint.  
thi.  
cap. vlt. Ne 8 **M**onachi extra claustrum, & alii cle-  
clerici, vel ricici, quamuis dignitatem, personatus,  
monachi. aut officium obtinentes, & presbyteri,  
qui leges vel physicam audiunt, ni-  
si infra duos menses redierint.  
cap. 1. de lo- 9 **M**agistri, scholaresve, qui Bononiæ  
ratio. c. No- aliorum scholarium hospitia duran-  
ueriat. te locatione conducunt, sine eorum  
consensu.  
De sentent. 10 **Q**uicumque statuta, edicta, consuetu-  
excommu. dines contra ecclesiasticam liberta-  
tem seruat, aut seruari iubet. [Hodie  
etiam est in bulla cœnæ Domini.]  
cap. Pro hu- 11 **Q**VI quempiam Christianum per  
mici. d. in 6. quoddam genus hominum, quos vo-  
cant assassinos, interfecit; interfici-  
ve mandauerit, quamuis mors non se-  
quatur: qui eos receperint, defende-  
rint, ocultauerintve. [Hodie in bul-

- la cœnæ Domini.]  
12 **D**omini temporales, qui prohibent cap. Pos, &  
nè homines sibi subiecti quippiam immu. cogl.  
vendant, emant, aliave obsequia præ-  
stent hominibus ecclesiasticis.  
13 **Q**ui Ecclesias, & homines ecclesia- c. Quinquæ,  
sticos compulerint ad pedagia & qui de centibus,  
dagia soluenda. [Hodie in bulla cœ-  
næ Domini.]  
14 **Q**ui regalia, custodiam, vel titulum c. Generali,  
aduocationis, defensionisve in locis de elect.  
piis usurpare conantes, bona eccle-  
siastica occupant.  
15 **C**lerici, qui locant domos manife- ca. 1. de vsu-  
stis vsurariis ad fœnus exercendum. ris.  
16 **Q**ui per se, aut per alium impedit litigantes in foro ecclesiastico, in cau-  
sis, quæ iure consuetudineve ad idem  
forum pertinent. [Hodie est in bul-  
la cœnæ Domini.]  
17 **Q**ui litigare volentem, aliquo modo c. Quoniam  
compellit vt à lite desistat: qui item de immuni.  
consilium, auxilium, aut fauorem eccles.  
præstat.  
18 **Q**ui pignorationes contra ecclesia- c. 1. De inu-  
sticum hominem vel eius bona con- ris.  
cesserit.  
19 **Q**ui fictione, fraudeve vtuntur, vt iudex ipse ad mulierem vadat pro te-  
stimonio.  
20 **V**ocati ad dirigendas moniales in cap. Inde in-  
electionibus faciendis, neque absti- nitatibus,  
nent ab his, unde in ipsis electionibus de elect.  
discordiæ oriri nutrire possint.  
21 **Q**ui quaslibet personas ecclesiasti- c. Sciât cum-  
cas, ad quas spectat electio in mona- sti, de elect.  
steriis prisve locis, aut eorū item con-  
sanguineos, quouis modo offenderint,  
eo quodd eligere noluerint personam,  
ad cuius electionem inducebantur.  
22 **Q**ui compellunt prelatos, ecclesia- cap. Confat-  
sticosve homines, vt ecclesias suas, ea tissime, de  
rum prædia, iura ve laicis subiiciant. reb. eccles.  
23 **P**ars, quæ procurat, vt de aliis, quàm non alien.  
de manifestis iniuriis, seu violentis, c. Hac con-  
conseruatores se intromittant, vel stitutione,  
suam ostendat potestatem, ad ea quæ de offic. de-  
iudicalem indaginem requirunt. leg.  
24 **D**omini temporales, seu rectores, cap. vt in qua-  
vel officiales eorum, circa negotium sitionis, de  
Inquisitionis contra hæreticos desi- hæretic.  
cientes, & omnes qui in hoc dederint  
consilium, auxilium, vel fauorem.

25 Qui

- cap. Non mi- 25 Qui libertatem ecclesiasticam offen-  
sus. de im- derit, in his quæ ad immunitatem à  
mun. ecclief. collectis, & exactionibus pertinent:  
qui item vsurparit iurisdictionem  
prælatorum, si monitus non desistat.  
[Hodie etiam in literis processus cœ-  
næ Domini.]
- cap. Vbi po- 26 Qui in conclauæ scriptum, nuncium-  
ziculum. de ue Cardinali cuiuspiam miserit, aut se-  
electio. cretò cum eo locutus sit. [Hodie re-  
seruatur absolutio Papæ ex constitu-  
tione Pij Quarti.]
- cap. eodem. 27 Domini, Rectores, & alii Magistrat-  
us vrbis, oppidive, vbi Pontificis no-  
ui creatio tractatur, si diligenter ac  
inuiolabiliter ea nõ obseruarint, quæ  
sibi eo in negotio commissa sunt, ac si  
fraudem commiserint.
- c. Vnicò, de 28 Qui non impetrata à Summo Ponti-  
relig. domi. fice facultate, nouum religionis habi-  
tum assument, vota nuncupantes, si-  
mulque in communi viuentes.
- cap. Qui eun- 29 Quicumq; in loco sacro hæreticum,  
que, de hæ- receptatorem, vel ei fauentem, & cre-  
retic. dentem in loco sacro sepelierit.
- cap. 1. De ijs 30 Qui reuocatione excommunicatio-  
quæ vi, vel nis, suspensionis, interdictive, aut ab-  
metu. solutionem extorquent vi, vel metu.
- ca. 2. Ne cle- 31 Doctores, qui leges, aut medicinam  
rici, vel mo- docent religiosos, qui deposito suo  
nachi. habitu, non impetrata à Superiori-  
bus facultate, ad studia publica se con-  
tulerunt.
- Ibidem. 32 Quicumque religiosus, expressè, aut  
tacitè professus, habitum suæ religio-  
nis dimiserit.
- Ex clementinis.
- Bened. XI. 33 QVI literas Pontificis ante eius co-  
e. Quia non ronationem confectas, tanquam irri-  
nulli, de sen- tas impugnarit.
- ten. excom. 34 Monachi, qui intra septa monasterij  
Clement. I. sine Abbatum suorum concessu arma  
de stat. mo. tenent.
- cap. Capien- 35 Religiosi, qui proferunt aliqua, vt  
tus, de poen. audientes detestantur à solutione de-  
cimarum.
- Clement. I. 36 Qui prohibent sequestrationem be-  
de sequent. neficii à Sede Apostolica decretam:  
qui item fructus sequestri nomine  
depositos occupare quouis modo au-  
dent.
- 37 Qui postquam moniti fuerint, mo-  
nialium, canonicorumve secularium  
visitatores impediunt.
- 38 Religiosi mendicantes, qui immoder-  
atè habitacula acquirunt, vel dimit-  
tunt, vel transferunt in alios vsus.
- 39 Officiales communitatum, quive po-  
testate præditi, vsuras quibusdam ita-  
tutis fouent.
- 40 Qui gradibus consanguinitatis affi-  
nitatiue prohibitis scienter matri-  
monium contrahunt; vel cum monia-  
libus professis: quive in Religione,  
aut sacris ordinibus constituti, hoc  
admittunt.
- 41 Qui in cœmeteriis interdicti tem-  
pore, in casibus iure non concessis,  
quoscumque, aut excommunicatos pu-  
blicè, vel nominatim interdictos, aut  
manifestos vsurarios, scienter sepe-  
lire audent.
- 42 Religiosi, qui administrationem, ec-  
clesiasticæ beneficia non obtinent,  
si decimas Ecclesiis debitas vsurpare  
audent, nisi postquam moniti sunt, in-  
tra mensem desistant, & satisfecerint  
ecclesiis duorum mensium spatium, de  
damnis quæ ob id passæ sunt.
- 43 Monachi, canonicive regulares, qui  
nullam administrationem habent, ad  
curias principum sine speciali licen-  
tia prælatorum suorum se conferunt,  
vt aliquid ijs damni inferant.
- 44 Religiosi non seruantes interdictum  
positum auctoritate Sedis Apostoli-  
cæ, aut à loci ordinario.
- 45 Mulieres statum Beghinarum sectan-  
tes, aut nouum suscipientes; religiosi  
item qui eis consilium, auxilium, fa-  
uoremve dant.
- In extrauagantibus.
- 46 QVI clementinam ad declaratio-  
nem regulæ Sancti Francisci glossis  
interpretantur.
- 47 Qui perseverant, vel assumunt sta-  
tum sectamve fraticellorum, Bizo-  
chorum, Beghinarum: & prælati, qui  
eis concedunt.
- 48 Qui bona ecclesiastica alienant, &  
alienata recipiunt, absque Sedis Apo-  
stolicæ auctoritate.
- cap. Atten-  
dentes.  
Cle. de stat.  
monac.  
cap. Capien-  
tus, de poen.
- Clemen. De  
vsur. cap. 1.
- cap. 1. Clemen-  
de consang.  
& affinat.
- Clement. I.  
de sepul.
- Clem. Reli-  
giosi, de de-  
cimis.
- cap. 1. De sta-  
tu Monach.
- cap. Ex fre-  
quentib. de  
sent. excom.
- Clem. I. De  
relig. domi.
- In extrauag.  
Nicol. apud  
Anto. par. 3.  
tit. 14 c. 69.  
In extrauag.  
Ioan. XXII.  
cap. San. Ra-  
mana.
- Paulus II.  
in extrauag.  
Ambitiol.

- Boia. XXII. in extrauag. cap. Super gentes. Leo X. Sess. 10. in Concil. Lateran. & in Indice lib. prohib. regul. xi.
- 49 Qui impediunt Legatos, Nunciosve Apostolicos, ne recipiantur, neque ea faciant, quorum causa missi sunt.
- 50 Qui librum, aut quamcunque scripturam imprimunt, imprimiue curant, nisi prius in vrbe per Vicarium, & sacri palatii magistrum; in aliis vero dioccesibus ab Episcopo, aliove perito homine quem is delegerit, & ab Inquisitore, liber, scripturave comprobata sit.
- Leo X. in Concil. Pius III. constit. 101. Episcopalis
- 51 Qui predicando aut disputando impugnet Montes pietatis.
- 52 Qui gymnasiolorum rectores, aut alii facultate doctorandi habentes, ad cathedras, uel ad gradus aliquos promoueri patiuntur, non facta fidei professione.

Ex Concilio Tridentino.

- Sess. 24. c. 6. de reforma. matrimo.
- 53 Quicumque mulierem rapuerit: qui item consilium, auxilium, vel fauorem præbuerit.
- Ibid. cap. 9.
- 54 Quicumque quouis modo, tam virum, quam mulierem cogit, quominus libere matrimonium contrahat.
- Sess. 25. c. 1. De regular.
- 55 Quicumque Magistratus ab Episcopo requisitus, brachii secularis auxilium non præbuerit, ut clausura monialium conseruetur, & ubi violata est, restituatur.
- Sess. 25. c. 5. De regular.
- 56 Quicumque sine Episcopi, aut superioris facultate scripta, intra septa monasterii monialium ingressus fuerit.
- Sess. 25. De regularib.
- 57 Quicumque, virginem aliquam, vel viduam, vel aliam mulierem, monasterium ingredi, vel habitum cuiusuis religionis suscipere, uel professionem emittere coegerit.
- Ibidem.
- 58 Quicumque item consilium, auxilium, vel fauorem dederit.
- Ibidem.
- 59 Quicumque etiam illius mulieris repugnantiam sciens, quoquo modo eidem actui præsentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerit.
- Ibidem.
- 60 Quicumque præterea illius voluntatem, uel accipiendi, uel voti emittendi, quoquo modo sine iusta causa impedierit.

CENSURÆ, ET CASVS,

Qui aliquando Summo Pontifici, aliquando Episcopis reseruati sunt.

- 61 Inquisitores, & commissarij eorum, vel Episcoporum, siue capituli sede vacante, qui pecuniam modis illicitis extorserint, aut scienter Ecclesie bona fisco, etiam Ecclesie, ob delictum clerici adiudicare tentarint. Hic casus ante satisfactionem Papæ absolutioni reseruatur, post satisfactionem Episcoporum absolutioni.
- 62 Qui effringunt, & spoliant loca sacra: incendiarij item. Hi casus ante denunciationem Episcopales, post denunciationem uero Papales.
- 63 Quicumque licentiam alicui dederit occidendi, aut capiendi eum, qui excommunicationis sententiam tulerit contra Reges, Principes, nobiles, eorumve ministros: aut eiusdem bonam, suosque offendendi; & illos item, quorum occasione talis sententia lata est. Hic si duorum mensium spatio respuerit, eius absolutio Episcopo; si minus, Papæ reseruatur.
- 64 Qui anno Iubilei, facta ex literis Pontificijs omnium indulgentiarum suspensione, indulgentias plenarias proposuerit, euulgarit, prædicarit.
- 65 Quicumque aliquem qui ad ecclesiam confugerit, facultate ab Episcopo non impetrata ab ipsa ecclesia coëtraxerit.

Clomen. Woletes. de heretic.

cap. Cōque-ri, &c. uanos de sen. excommu.

cap. Quis que, de sent. excom. in 6.

cap. Definit 17 q 4

CASVS, ET CENSURÆ,

Ex Concilijs Prouincialibus, & Diocesanis notis.

- 66 Raptores virginum.
- 67 Qui moniales uiolauerint.
- 68 Qui abortum procurauerint.
- 69 Qui in secundo, uel propinquiori cognationis gradu incestum admiserint.
- 70 Incendiarij, & qui damni iniurie uel causa, uites, uel arbores alicuias incidierint.
- 71 Ecclesiam polluentes.
- 72 Homicidæ uoluntarij.
- 73 Qui parentes percusserint.
- 74 Qui locis pijs infantes exposuerint.

Concil. r. tit. quæ pœnit. ad sacr. pœnitent.

cūm

- cum habeant unde ipsos alant, neque eorum locorum damna refarcierint.
- 75 Qui ad magicas artes, veneficia, superstitiones, & alia huius generis, Eucharistia, sacriue rebus abutuntur.
- Concil. I.** 76 Qui stateras, mensuras, monetasve aduiterint, corruerintve.
- ap. Qui paroch.** 77 Quicumque præter parochum confessarius, etiam regularis, sine Episcopi approbatione scripta confessionem audierit.
- Concil. I. tit. 1. Quæ pertinet ad sacr. pen.** 78 Qui sponsalia contraxerint, si vnà ante coierint, quam matrimonium inter eos celebratum sit.
- Concil. Pro uinc. 2. tit. 1. dist. 17.** 79 Quicumque notarii, legata de piis causis, aut de rebus male partis restituendis, tribus post mensibus quam testatoris obitum scierint, Episcopo non denunciarint.
- Concil. Pro uinc. 2. tit. 3. cap. 15.** 80 Quicumque clerici mortui, aut Ecclesie cui inferuerit, bona surripuerit, atque inuaserit.
- Concil. Pro uinc. 3. tit. de his q̄ ad bona ecclesiastica c. quod p̄fouincial.** 81 Quicumque, absque inuisione ex clerici mortui domo supellectilem, remque aliquam, aut scripta ad ecclesiam pertinentia, ante confectum inventarium asportarit.
- Concil. Pro uinc. 3. tit. de his quæ ad matrimon.** 82 Qui falsum impedimentum attulerit ad matrimonium malitiosè impedendum.
- Concil. Pro uinc. 5. tit. 1. cap. penam.** 83 Quicumque secreta processuum officii sanctæ Inquisitionis euulgarit.
- Concil. Pr. 5. tit. quæ ad dies festos.** 84 Quicumque diebus Quadragesimæ la ruatas vexationes & inania spectacula ediderit, interdicti censuram subit.
- Concil. Pro uinc. 5. par. 1. tit. quæ pertinet ad pen. ca. cum pro tempo.** 85 Quicumque confessarius absque Episcopi facultate à casibus reseruatibus ab soluerit.
- Synod. Dioc. scilicet 1. cap. 18.** 86 Quicumque verò priuilegii alicuius prætextu id admiserit, penam suspensionis ipso facto incurrit.
- Concil. eod. c. de facult.** 87 Quicumque veneficiis aut incantationibus ad matrimonium impediendum usus fuerit, qui ite ad veneficia absol uenda adhibuerit verba superstitiosa.
- Concil. eod. tit. quæ ad matr. c. Tridentina.** 88 Quicumque spe futura dispensationis matrimonium gradu prohibito contraxerit.
- Concil. eod. tit. de Bapt. Trouinc. 4. tit. de Bapt. §. Graue.** 89 Quicumque tam vir, quam mulier, etiam præter matrem, & nutricem, in lecto infantem anno non expleto sine cunis tenuerit.
- 90 Qui item id facere coegerit.
- 91 Quicumque clericus fraudi assenserit de patrimonio assignato, à fruendo, & vtendo, ab ordinis sui functione suspenditur.
- 92 Quæcumque mulier capite non velato ecclesiam ingredietur, si monita non paruerit, interdicti censuram subit.
- 93 Quicumque facultatem alicui dederit accedendi ad monialium monasteria, aut eorum septa ingrediendi. Dat. Mediolani ex ædibus nostris Archiepiscopalis, Die vlt. Aprilis. 1584.

TABELLA DISCIPLINÆ,  
Quam in Synodo Diocessana, Mediolanensis Clerus, & vniuersè & sigillatim accuratè seruet.

CLERVS ad Synodum conuocatus, csecum cogitet, quas ob causas hæc actio anniuersaria celebretur.

Qua in cogitatione videat, præclaras illas virtutes sibi præstandas esse, quæ in clero elucere debent.

Religiosam igitur animi præparationem in omni actione synodali adhibeat.

Incessu, statu, sessione, omniq̄ actu, morum grauitatem præ se ferat.

Disquirat etiam atque etiam sæpè ac diligenter vnusquisque omnes vitæ suæ partes, ac muneris curationisve suæ officia, quæ sibi, vel disciplinæ clericalis lege, vel decretis prouincialibus diocessanive commissa, aut demandata sunt.

Tum videat, an clericalis institutionis moribus congruenter viuat.

An spiritualis disciplinæ exercitatione obeat.

An in diuinorum officiorum cultu religiosè se gerat.

An in ecclesiasticis functionibus obrumdis diligens.

An in decretorum executione sollicitus.

An sancto zelo accensus.

Scrutetur deniq; de se, proposito Dei timore, omnia & singula, quæ aut sua, aut populi commissi, aut ecclesie in curam tradita causa exequi debet: ita vt in synodali scrutinio rationem reddat, pro ordinis, aut curationis suæ munere diligentissimè: ac præterea quæ emendatione digna sunt, omni deuotione fideliter studeat emendare.

Hæc

Hac disquisitione, & preparatione instructus vnusquisque, cum semper, tum hoc synodali tempore hec prebitabit  
 Ut non solum a malo, sed ab omni suspitione & specie mali absteineat.  
 Ad cauponas ne diuertat.  
 Per plateas non vagetur.

Præ curiositate hac atque illac non concurset.

Immo verò, in verbo, in conuersatione, in charitate, in iustitia, & in sanctitate, studiosè pieq; versetur.

Omnes porro & singuli, assidue, castè, pureq; preces Deo adhibeant.

Deuotè, totoq; cordis affectu, in omni prece, & sacerdotès p̄sertim in Missè sacrificio, his synodalibus diebus orent.

1 Pro Sanctissimo D. N. Gregorio

XIII.

2 Pfo Ecclesiæ sanctæ tranquillitate, & propagatione.

3 Pro Serenissimo Rege Catholico Philippo Duce nostro, & Christianarum Prouinciarum tranquillitate & quiete perpetua; propulsatis hæreticorum perturbationibus.

4 Pro Catholice religionis, & pacis conseruatione.

5 Pro finitimarum regionum, & in fide Catholica confirmatione, & dissidentium reuersione ad eam coherfione.

6 Pro Christianæ disciplinæ, cleri & populi confirmatione & progressionè, in hac vrbe, diocesi, & prouincia Mediolanensi, & in omnibus Christiani orbis partibus.

7 Pro salutari huius synodi successu.

8 Pro constanti & perpetua cleri populiq; in bene ac pie agendo perseuerantia.

9 Pro omni ministerio nostro Archiepiscopali, & in omni pastorali actione

10 Pro ministris etiam, quos ad huius ecclesiæ, & prouinciæ culturam adhibebimus.

11 Pro perfecta omni decretorum prouincialium & diocesanoꝝ executione.

Vniuersi autem, & singuli ad rei grauitatem attenti, cuius causa conueniunt, tota animi cogitatione in eam incumbant; proinde alijs negotijs ne implicentur.

Ad synodalem sessionem stata hora in-

dicta sollicitè conueniant.

Non raptim, sed graui incessu.

Vbi conuenerint, loco constituto, in schola videlicet Doctrinæ Christianæ, superpellicea munda ac decentia, ac alias vestes pro ecclesiastici beneficij ratione induant.

Capitula verò vrbis collegiatim ad sessionem synodalem veniant, de more processionis Cruce prælata.

Decenter autem induti, ad constitutum sessionalem locum non turbulenter, sed quietè accedant.

Bini quoad eius fieri potest, conueniant.

Ordine confideant, ad præscriptum profecti, aut Magistri ceremoniarum.

Manè priusquam conueniant, cibum ne capiant, sed ieiuni adfint.

In loco autem benedictionis, quod est templum Dei, confidentes sacerdotes, & clerici, ne vocibus obstrepant.

Nè tumultibus rem synodalem perturbent.

Nè confabulationibus operam dent.

Silentio magno vtantur, cum semper, tum maximè, cum de suggestu aliquid edicitur, pronuntiatur aut legitur.

Attentissimo animo sint ad omnem promulgationem, & lectionem.

Omnes, cum standum est, stent; cum genuaflectenda sunt, genua flectant; cum assurgendum, assurgant; cum prosterendum est, se prosternant; itidemq; simul præstent in omni ceremoniarum actione, ad præscriptum Magistri ceremoniarum, & Clericorum designatorum.

Nè quisquam cancellis intra quorum fines sessio diocesana habetur, exeat, nisi absoluta sessione, aut necessaria de causa.

Cum autem exire necesse habet, facultatem à Vicario Generali, vel ab his qui constituti sunt, petat, reuersus, ad eundem veniat, antequam designato loco confideat.

Sessione de more absoluta, omnes silentio vtantur, neque quisquam è loco ante discedat, quàm Reuerendissimus Archiepiscopus è Synodo abierit.

Nec verò raptim, turbulenterve, sed graui ter decoro incessu.



Capitula verò, & clerici Ecclesiarum collegiarum, vt collegiatim conueniunt, eodem ordine è synodo discedant prælata Cruce.

Caveant deniq; omnes, quæcunque & ecclesiasticæ disciplinæ, & synodalis actionis dignitati, & loci venerationi minime conueniunt.

Tabella hæc disciplinæ synodalis intra ambitum septi sessionalis certis locis perspicuis publicè affigatur, vt vniuersi & singuli clericalis ordinis homines, non solum videant, sed planè exequantur præscriptas Synodalis Disciplinæ partes.

Præfetti synodalis disciplinæ tabellam hanc accuratissimè exequantur.

Si quos contra quàm præscriptum est, agere animaduernerint, eos officij sui moueant, & corripiant, curentq; vt synodali, canonicèq; subiaceant disciplinæ.

#### T A B E L L A

Processionis Synodalis, & Precum.

**F**eria IV. die vij. Maij, summo mane, hora x. præscripta, clerus vniuersus secularis & regularis collegiatim Cruce prælata in ecclesiam Metropolitanam conueniat, & ad cõstitutum locum quietè accedat, ibiq; religiosè confideat, donec processio inchoabitur.

Qui Crucem in processione feret, clericus superpelliceo indutus, seruet in omnibus decorum tanti vexilli, quod fidelibus præfert.

Aptè, decorè, ac rectè ferat. Grauitè, ac religiosè incedat, in ea cogitatione fixus, se ferre Crucem Christi Domini.

Clerus ordine sequatur, atque omni reuerentia, religiosaq; deuotione ita procedat vt exemplo sanctissimæ pietatis, populum excitet ad orandum etiam pro re, cuius causa supplicatio & processio agitur.

Graui incessu ac modo progrediatur ad præscriptum Præfetti.

Clerici omnes bini semper e què procedant, neque inter eos vnquam laicus homo interiectus sit.

Rectè ita incedant, vt, si fieri potest, nè minimum quidem ab ordine discedant, & certum distinctum spatium, nem-

pè circiter decem pedum in procedendo seruent.

In via nunquam subsistant, nisi cùm præfetti monitu subsistendum est.

Subsistendi, & procedendi significatio, vt opus erit, ordine, & modestè fiat.

Cauendum maxime est, nè vlla ex parte processio interrumpatur, aut impediatur.

Superpelliceo, non lacerò, non aliqua sordè inquinato; sed mundo, candido, ac planè decenti ad præscriptum induti sint. Chyrothecas non induant; Pileum ne gestent.

Flores in manu nè habeant; neque quidquam inane, aut indecorum.

Et procedendo, & subsistendo abstineant omnes à confabulatione, colloquio, curiositate, mentis, oculorumque euagatione.

Cùm subsistitur, animo collecto, & ad Deum ex citato, tacitè precentur, attentè ad precationis concentum, quem chorus adhibet, aut ad precem orationemve quæ canitur.

Cùm proceditur, Antiphonas, hymnos, psalmos infra annotatos ordine canant omnes.

Cùm verò aliquot canentibus, canere alijs non licet, submissa etiam voce psalmum, precemve piam inter se dicant.

Cantus solennes adhibeant, ac cõmunijs ritè, rectè, deuotèq; vtantur.

Capite aperto sint, dum in ecclesia proceditur.

In via cùm sacræ imagines occurrunt, caput item aperiant.

Ad altaria etiam in via, vbi oratur.

Omnis præterea in orando, procedendo consistendo, aut aliquid, vt in processione moris est, agendo ritè faciant ad præscriptum Præfetti processionis: cuius est cauere, vt ne quid errati committatur.

Tabella hæc paulò ante quàm processio inchoetur, clero frequenti de suggestu enuncietur.

Præpositi, Syndici vrbs, Vicarij diocæsani, apud se hanc habeant, vt in suo quiq; clero rectè illi executionè curèt.

Præfetti Disciplinæ Synodalis in id incumbant, vt vniuersè & sigillatim hæc ipsa præsentur ad præscriptum, adhibita etiam opera clericorum designatorum.

Cura

Cura autem erit Cancellarij, vt eadem pridie diei Synodi vnicuique Visitatori, Præposito collegiatæ ecclesiæ Syndico parochiali, Vicario diocesano tradatur, vt eam pro suo exequatur quisq; munere.

Idem præstabit de Tabella precum in processione solenni synodali ad sanctum Ambrosium.

Præfecti autem disciplinæ synodalis videant sedulo, vt ex præscripto omnia præstentur.

TABELLA PRECVM

In processione solenni ad S. Ambrosium, & reddito ad Ecclesiam Metropolitanam, in celebratione Synodi diocesane Mediolanen.

Hymnus. Veni creator.

Antiph. Sacerdotes tui induantur.

Psal. 131. Memento Domine. In fine. Gloria patri.

Antiph. Sacerdotes tui induantur iustitiam: & Sancti tui exultent.

Psal. 62. Deus Deus meus ad te de luce. In fine. Gloria patri.

Psal. 68. Fundamenta eius in montibus sanctis. In fine. Gloria patri.

Psal. 56. Miserere mei Deus, Miserere mei: quoniam. In fine. Gloria patri.

Psal. 66. Deus misereatur nostri.

Psal. 27. Ad te clamabo. In fine. Gloria patri.

Psal. 81. Deus stetit in synagoga Deorum. In fine. Gloria patri.

Psal. 85. Inclina Domine. In fine. Gloria patri.

Psal. 141. Voce mea ad Dominum clamaui. In fine. Gloria patri.

Psal. 119. Exaudiat te Dominus. In fine. Gloria patri.

Psal. 132. Ecce quam bonum.

Psal. 24. Ad te Domine leuaui animam. In fine. Gloria patri.

Psalmi item Pœnitentiales dicentur, & verò, si illis absolutis plus itineris in processione supererit, ijdem repetentur, qui mox supra notati sunt.

Orationes in Basilica S. Ambrosij.

1. Oratio de Spiritu sancto.

2. Oratio de Sancto Ambrosio.

3. Oratio de sanctis martyribus, Geruasio, & Protasio.

4. Oratio pro Ecclesia.

5. Oratio pro peccatis.

Omnes & singuli in processione Breuiarium, aut Psalterium habeant, ad canendum & psallendum vt supra, tam vrbis, quam diocesis.

Præpositi ecclesiarum collegiarum, ex præscripto huius tabellæ, ecclesiæ sue canonicis, clerove in tempore pronuncient, quem psalmum canant.

Syndici idem agat cum Parochis vrbis

T A B V L A

Scrutiniij Synodalis ad vsum Synodi Diocesane vndecimæ Mediolanen. 1584.

Videant sedulo, & grauius præfecti Scrutiniij Synodalis interrogent, atque adeo sigillatim perquirant hæc.

De Vicarijs Foraneis.

An à die S. Martini vsq; ad ordinationem S. Ambrosij visitarint.

An congregationem statam habuerint ante Septuagesimam.

An congregationem feria 2. post octauam Pasche habuerint de ijs, quæ ad Archiepiscopum relaturi sunt.

An à Parochis collegerint, quæ opus habeant correctione & reformatione.

An scripta attulerint ex præscripto Synodi diocesane IIII.

An orationem instituerint pro Synodo.

An per Parochos aliquot ante diebus denunciata sit actio Synodi.

An Sinodalis actionis instructio ad populum.

An populi præcipuis parochorum admonitionibus excitati ad frequentius.

sumendam die Dominico synodum præpedente.

Reliqua, vt titulo de Parochis, & tit. Communia Cleri.

## De Præfectis Ecclesiarum.

Ante Synodi actionem an debita præparatio.

An quinta quaque feria per mensem ante statam Synodi diem in Missa oratio de Spiritu sancto præsertim in quadagesima.

An Missa de Spiritu sancto post quadagesimam eadem feria post octauam Pasche. Reliqua vt titulo de parochis, & tit. Communia Cleri.

## In Clero Diocesano.

Vbi singuli in vrbe huius Synodi tempore diuersentur.

An in diuersorio clericorum.

An in hospitij attributis.

An vlli in cauponis.

An in eisdem frugalitatem, disciplinamque clericalem seruent, ac præsertim silentium, & lectionem in mensa.

Reliqua vt mox infra, tit. Communia Cleri.

Communiam Cleri, quæ in singulis tamen Præfecti videant.

An togam talarem: an collo annexam.

An vestem interiorem talari breuiorem.

An vestes sordidas nimis.

An colore nigro.

An exquisitas.

An cingulum coriaceum: an militare: an instar retis.

An caligas turgidas: an nauticas: an vitito colore.

An collarium simplex, sineque vlllo ornamento.

An redimiculum, subiretum ve.

An sudariolum cingulo appensum.

An superpelliceum ad formam præscriptam.

An idem nimis sordidum.

An supra vestem exteriorem.

An laceratum.

An aliqua ex parte indecens.

An decenter indutum.

An elaboratum nimis: an ornatu nimis artificioso in humeris.

An tonsuram patentem & latam ad præscriptam formam pro ratione ordinis.

An comam nutriant.

An barbam rasam, aut ad cutem vsque pilis præcisam, præsertim superiori labro An breuiarium cum signaculis habeant: an Calendarium item huius anni; quæ omnia ostendant.

Hæc autem quæ sequuntur, generatim, prout temporis ratio tulerit, ordoque ecclesiasticarum personarum postulat. Quæ vitæ ratio, consuetudo, seu conuersatio.

Quæ studia.

Quæ exercitationes orationis, præsertim mentalis.

Quæ peritia, vsusque diuini officii rectè pieque recitandi.

Quæ item peritia sacerdotum in Missa ritè celebranda.

## De canonicis hæc præsertim.

De eorum residentia.

De Canonicalium ædium habitatione.

De disciplina domestica canonicali.

De canonicalis suæ vitæ institutione.

De chori disciplina.

De psallendi peritia, & vsu.

De modo celebrandi capitula.

An capitulariter chorum ingrediantur,

& sono campanæ ad hoc præmissa.

An Martyrologium in choro legatur.

De clauibus ædium canonicalium.

De officio Punctatorum.

Reliqua vt supra tit. Communia Cleri.

## De Theologis.

Quoties legant in mense, quibus diebus. Quos auditores habeant.

An omnes qui adscripti sunt, ad eum accedant: an præscripta seruent.

Quam rationem in adiuuandis & excitandis cleri studijs teneant.

Reliqua, vt supra, Communia Cleri.

## De Punctatoribus.

Punctatores, an errata notarint ad præscriptum tabellæ.

An punctationum librum certum habeant: an ve illius indicem.

An aliquid habeant, quod scripto non notarint, velint tamen pro munere suorum exponere, & referre.

Reli-

Reliqua ut supra, Communia Cleri.

In Parochis hæc præsertim videant.

An capitulum habeant.

An superiorem vestem latis manicis.  
An perpetuò & assidue assistant & inuigilent gregi.

Qui eorum zelus in salute fidelium procuranda.

Quæ eorum diligentia in sacramentis ministrandis.

Quod studium in verbi Dei prædicatione.  
An in quadragesima concionati sint: quibus diebus; anque frequentius, quam antea consueuerant.

Quæ curæ erga infirmos.

Quàm diligens sollicitudo. } In diuinis officijs.  
In funeralibus.  
In processionibus.

Quæ diligentia in exercitatione populi ad statas orationes.

Quàm accurata instans in festorum dierum cultu obseruando.

Quæ vigilans eorum cura in scholis doctrinæ Christianæ.

Quæ sollicitudo in speculatione populi.

Quæ salutaria eorum monita.

Quæ vigilantia in reliquis parochialis muneris partibus.

De clerico parochiali quærant item.

An præterea parochialis Ecclesiæ consecrationis certum festum diem habeat; an celebrent.

An libros præscriptos, an literas Archiepiscopi Pastorales habeant.

Ab ipsidem de populo quærat.

Quæ populi disciplina.

Quæ progressio in via Domini.

Quæ eius frequentia in scholis doctrinæ Christianæ.

Quàm pia eius conuersatio in ecclesijs.

Quàm religiosa ieiuniorum obseruatio.

Quàm pia deuotaque festorum & vigiliarum obseruatio: an ad præscriptum decretorum synodali.

An inconfessi.

An excommunicati.

An qui perditè viuendo, publicam offensionem præbeant.

An rursus aliquæ prauæ consuetudines.

An peccata publicæ.

An superstitiones.

An velato capite mulieres in Ecclesijs, & processionibus: an item separatæ à viris.

An populi orationem communem mane & vespere, & aliam pro mortuis ad sonum campanæ habeant.

Reliqua in tit. Communia Cleri.

A Regularibus in diœcesi curam animarum gerentibus, vel alia ministeria cleri secularis obeuntibus.

An habeant licentiam suorum superiorum, & facultatem, & approbationem scriptam Archiepiscopalem.

An congregationibus, processionibus, funeralibus, & diuinis officijs, aliorum sacerdotum more intersint cum superpelliceo.

An ritus Ambrosiani periti, præsertim in missæ celebratione, & sacramentorum ministracione.

An obediant Vicarijs diœcesanis, & Visitatoribus regionarijs.

Reliqua, ut supra tit. de parochis.

De Clericis minorum ordinum.

An instituta vitæ clericalis teneant.  
An officium beatæ Mariæ, anve rosarium dicant.

An alii ecclesiæ adscripti sint.

An functiones præscriptas exequantur.

An ritè.

An humiliter.

An ritè Missæ ministrent.

An in ecclesijs præscriptis.

An testimonium præstitarum functionum attulerint suo tempore.

An festis diebus scholas doctrinæ Christianæ adiuent.

An hymnos ecclesiæ ediscant.

An progressionem in disciplina clericali habeant.

An operam literis dent, scholas frequentent, & quos libros habeant.

Quo ludi magistro vtantur, ecclesiastico, an seculari.

An parochis, Præfatis, & Visitatoribus obediant.

An maiores natu reuereantur.  
An honore se inuicem praeueniant.  
Reliqua in tit. Communia Cleri.

De ecclesijs hzc.

Qui ecclesiarum cultus.  
Qui earum status.  
Quam accurata bonorum iuriumq; Ecclesiasticorum conseruatio.  
Quae sacristiarum suppellex.

A Sacerdotibus prioribus plebanis diocesanarum scholarum doctrinae Christianae in vnaquaque plebe.

De statu & progressionē scholarum singularum doctrinae Christianae.  
An ipse cōgregationes generales in plebe habeat.  
An in vnaquaque parochia prior & reliqui officiales sint, tam marium, quam foeminarum.  
An scholae exercentur ad praescriptum regularum.  
An aliquo temporis spatio intermittantur, & quo tempore, & qua causa.  
An operarij sanctissima sacramenta frequentent.

VNIVERSE accuratè inuestigent, quam diligens executio decretorum prouincialium, & synodorum diocesanarum, & edictorum Archiepiscopaliū, & visitationum.  
Ac praeterea generatim cuncta scrutentur, quae pro prudentia sua viderint expedire Sacerdotalis, & clericalis, canonicalisq; potissimū vitę progressionibus.

#### TABELLA

Decretorum, Edictorum, & literarum Archiepiscopaliū, tum etiam bullarū Pontificiarum, quae certis anni temporibus ac diebus ex praescripto Conciliorum Prouincialium & synodorum Diocesanarum promulgandae sunt.

**C**al. Ianuarij, promulgatio decreti Tridentini cōtra eos qui matrimonia clandestina attentarint. Hoc decretum in vulgarem Italicam linguam conuersum habetur supra in actis, part. 3. pag. 157.

Item promulgatio decreti prouincialis de notarijs & publicis vsurarijs in Ecclesia non sepeliendis, Exemplum vulgare habetur, ibidem, pag. 157.

Die 6. Ianuarij, fit publicatio Paschatis & synodi Diocesanae.

Dominica in Septuagesima, promulgatio literarum pastoralium de Septuagesima, tum etiam aliarum spiritualium exercitationum, quae ab eo die vsque ad primam Dominicam Quadragesimae praestandae sunt: earum exemplar habetur infra par. 7. Actorum.

Dominica in Sexagesima publicatio literarum Gregorij XIII. de oratione vespertina, & indulgentia orantibus cessata, habetur infra eadem parte 7. Actorum initio.

Dominica in Quinquagesima, publicatio edicti de Quadragesima: habetur supra in Actis, par. 3. pag. 138.

Dominica prima in capite Quadragesimae, promulgatio edicti contra haereticos, habetur eadem par. pag. 123.

Item promulgatio partis literarum in Coena Domini contra eosdem, prout singulis annis editur.

Item promulgatio decreti de non confitendis peccatis extra diocesim, habetur supra par. 3. pag. 161.

Item denunciatio quatuor temporum, ac orationis faciendae pro ordinandis ad praescriptum Concilij 2. prouinc.

Eius denunciationis formula, habetur supra in Concil. prouin. pag. 119.

Item publicatio decreti de notarijs legata pia non denunciandis: exemplum vulgare habetur pag. 160.

Dominica 2. Quadragesimae, publicatio decreti Tridentini contra occupantes bona Ecclesiastica, cum ea parte bullae in Coena Domini eadem de re: eorum exemplaria vulgari sermone concepta, supra posita sunt par. 3. pag. 157.

Dominica 4. Quadrag. Promulgatio decreti de Paschali communionē sumenda in ea Parochiali Ecclesia, in qua maiorem anni partem quis manserit, exemplum vulgare habetur supra par. 3. pag. 161.

Dominica 4. Quadragesimae Promulgatio decreti de cautione infantibus vno anno minoribus adhibenda, habetur

ur exemplum vulgare supra part. 3. pag. 161.

Feria 2. in Albis. Promulgatio litterarum pastoralium de septem basilicis stationibus, de quæ frequenti & pio earum usu. Infra parte 7. Actorum.

Item promulgatio decreti de inuadentibus bona clerici mortui: habetur supra par. 3. p. 160.

Feria 3. in Albis. Promulgatio decreti de sacra communione sumenda intra octavas Paschatis sub pœna interdicti: habetur exemplum vulgare supra part. 3. pag. 161.

Item promulgatio Bullæ Pij V. à medicis obseruandæ, habetur in fine Actorum.

Dominica 1. post Pascha. Promulgatio edicti de recta in Ecclesia conuersatione, habetur supra par. 3. pag. 132.

Item decreti de inuadentibus bona clerici mortui, ibidem pag. 133.

Kal. Maij. Promulgatio decreti Trident. de melioramentis à conductore bonorum ecclesiasticorum factis recuperandis, ibid. pag. 158.

Item indulgentiarum scholis Doctrinæ Christianæ concessarum: habetur supra par. 5. pag. 894. 733.

Item indulgentiarum blasphemantes de nunciantibus concessarum.

Dominica post Ascensionem. Promulgatio instructionum de litanijis triduanis: habetur supra par. 4. pag. 588.

Dominica Pentecostes. Promulgatio instructionum de Sacramento Confirmationis in Ciuitate, habetur supra par. 4. pag. 497.

Item denunciatio quatuor temporum, ex formula, vt infra par. vltima.

Feria 2. post Pentec. Promulgatio decreti de notarijs & publicis vsurarijs in Ecclesia non sepeliendis, supra part. 3. pag. 160.

Feria 3. post Pentec. Promulgatio indulgentiarum pro oratione vespertina, vt infra par. 7. initio.

Dominica prima post Pentec. Promulgatio indulgentiarum illis concessarum, qui in octauis Corporis Domini diuinis officijs interfuerint: habetur supra par. 4. pag. 590.

Dominica 2. post Pentec. Promulga-

tio indulgentiarum concessarum sodalitatibus Corporis Domini, habentur supra par. 5. pag. 737.

Item indulgentiarum ijs concessarum, qui orauerint cum datur signum eleuationis Corporis Domini, infra par. 7.

Dominica prima Octob. Promulgatio indulgentiarum sodalitiij Rosarij Beate Virginis.

Dominica in Dedicatione Ecclesiæ Maioris. Promulgatio Edicti de pia in Ecclesijs conuersatione, supra parte 3. pag. 132.

Kal. Nouembris. Promulgatio indulgentiarum Scholis Doctrinæ Christianæ concessarum par. 5. pag. 894. 734.

Item decreti Tridentini contra eos, qui matrimonia clandestina attentarint, supra par. 3. p. 157.

Dominica prima Aduentus Promulgatio litterarum pastoralium de Aduentibus earum exemplar habetur infra par. 7. Item tabellæ censurarum, & casuum re seruatorum supra pag. 988.

Item edicti contra hereticos: supra par. 3. pag. 123.

Dominica 5. Aduentus. Promulgatio quatuor temporum iuxta formulam infra par. vlt. editam.

Die vltimo Decembris. Promulgatio indulgentiarum sodalitati nominis Dei concessarum.

Item indulgentiarum ijs concessarum, qui blasphemos deferunt ad Iudices.

Capita aliquot, in quibus Reuerendis Archiepiscopus die 26. Augusti 1577. Conuocatis Superioribus singulorum monasteriorum, ac domorum in vrbe regularium, eorum studium & diligentiam vehementer requisit, pro decore diuini cultus in ecclesijs regularibus huius Ciuitatis & Diœcesis, atque executione, vel Tridentini Concilij, vel Visitationis Apostolicæ, vel decretorum quorundam prouincialium, quæ summi Pontifices locum habere decreuerunt, etiam in eorum ecclesijs & monasterijs.

**T**abella in sacristia perpetuo affixa sit omnium onerum & obligationum, de missis, & anniuersarijs celebrandis, & commemorationibus faciendis, &

eiufmodi, vt integrè perfoluantur.

Cautio, ne dum alia eiufmodi onera, præfertim in ſæcularibus eccleſijs ſuſcipiunt, ſuæ eccleſiæ cultui etiam debitis oneribus deſint.

Cautio, ne religioſos inhabiles, vel ob imperitiã literarum, aut ſacrorum miſſæ rituum & cæremoniarum, vel ob decrepitate, aliumve animi vel corporis defectum, patiantur Miſſam celebrare, etiam in ſuis eccleſijs; ideoque cura ſit ſuperioris, vt omnes de cæremonijs Miſſæ, ac aliorum diuinorum officiorum quæ agunt, vt opus eſt, inſtruantur.

Vt Miſſa in aurora in Monafterijs frequentioribus celebretur.

Nè laicos in eorum, aut ſuarum monialium eccleſijs, functiones eccleſiaſticas obire faciant, aut patiantur, contra decretum Trid. Conc. ſed conducant, habeantve clericos, & in minoribus ordinibus conſtitutos, qui in Miſſa Sacerdoti celebranti miniſtrent, & alias eccleſiaſticas functiones obeant.

Excluſio frequentię laicorum quorumcunque à monafteriis, & fratrum ſuarum cellis, & intima conuerſatione.

Cautio in facultate danda ſuis fratribus pernoſtandi, aut habitandi extra monafteria, etiam cauſa inſeruiendi eccleſijs ſæcularibus, niſi expreſſè à nobis requiſiti, vigore cõeſſionis à ſede Apoſtolica nobis data.

Cura reliqua morum ſuorum fratrum, veræ reformationis, maximè neceſſaria ad placandam Dei iram his calamitoſis temporibus.

Commendatio & protectio religioſorum, qui operam nauarunt, aut in poſterum nauabunt in miniſtratione ſacramentorum infectis vel ſuſpectis peſte, cum promulgatione illis in ſingulis monafterijs facienda literarum ſanctis. D. N. Gregorii XIII. ſuper hoc, & alijs gratijs ſpiritualibus eiſdem religioſis conceſſis, quarum exemplum ſingulis ſuperioribus datum eſt.

Executio tota ordinationum viſitationis Apoſtolice, illis factarum ſigillatim vel generatim, vt requiſiti nunc, & moniti à nobis in ipſa cõgregatione.

Demolitio Altarium iuſſa eiſdem or-

dinationibus ob indecentiam loci, vel aliam eiufmodi cauſam, fiat ſine mora.

Prorogatio bimeſtris data, quò ad demolitionem altarium, quæ facienda eſſet ſolum, quia non ſint redacta ad formam, licèt loco decenti ſint; ita tamen, vt in eis nullo modo celebretur interim iuxta ordinationes prædictas.

Fabrica altarium, capellarum, & eccleſiarum, & ſuppellex ſacra omnis ad formam inſtructionum nuper impreſſarum.

Emendatio errorum, ſi qui ſint in ſacris imaginibus, atque earum ornatu, contra Tridentinum Decretum, & cautio in poſterum.

Obſeruatio decreti de ſepulturis, etiam iam factis, ex viſitatione Apoſtolica.

Inuentarium, & recognitio, ac repoſitio in eccleſia ſacrarum reliquiarum, & reliqua pietas, ac diligentia in earum cultu, ex inſtructionibus noſtris nuper impreſſis.

Conformitas cum alijs Eccleſijs in cultu materiali eccleſiarum.

Vas aquæ benedictæ, & aſperſorium aſfixum.

Locus, & forma ex inſtructione.

Sacrarium ad formam omnino ex inſtructionibus, & V. A.

Pixis pro Euchariftia ad formam inſtr. Tabernaculum cum lunula ad formam inſtruct.

Veſtitus tabernaculi maioris intus aſſeribus, & ſerico, foris conopogo.

Ne in tabernaculo illo alia cuſtodiant. Vt in altari maiori vbique.

Aptatio tabernaculi in altari commoda.

Renouatio ſacrarum hoſtiarum ſingulis hebdomadis. Lampas ante perpetuò.

Obſeruatio regulæ, ſeu tabellæ editæ de oratione quadraginta horarum, etiam ſi extraordinariè exponèda; & inter alia, nè eo tempore oblationes colligant, nec aliquid pro illis colligendis exponant. Vaſa purificationis ad formam.

Conſecratio eccleſiarum, & altarium maiorum, ubi non ſit facta, quamprimò fieri procuretur.

Benedictio paramentorum, crucum, & ſacrarum imaginum, antequam adhibeantur in uſum, fiat ab ijs, qui facultatem habent à ſede Apoſtolica, vel à Reueren-

uerendis Archiep. ex eiusdem sedis concessione.

Mundities Altarium; ecclesiarum, sacrifi-  
ciorum, sacre suppellectilis, & rerum om-  
nium sacrarum.

Remotio non solum bradellarum, sed  
etiam sedilium nuper prohibitorum, ex  
ceptis bradellis ad formam, & sedilibus  
simplicioribus permittis per duos men-  
ses, donec ille fiant ad formam.

Distinctio marium a feminis in eccle-  
sia semper.

Exclusio laicorum a choro, & sacri-  
ficia, & cancellis altarium.

Admonitio, & exclusio ab ecclesia mu-  
lierum non velatarum, ut oportet, & alio-  
rum etiam non seruantiu edicta nostra  
in assistendo Missae debito modo, aut a-  
liis male conuersantium in ecclesia, nec  
non & mendicantium, ut etiam debent  
ex bulla Pij V. deputando sacristas, & cu-  
stodes, & alios huic muneris.

Prohibitio vendentium in eorum ec-  
clesiaru cimiterijs, atrijs, vel die festo  
in plateis ante eorum ecclesias, etiam si  
efculenta sint, presertim diec.

Notificatio sine mora, quoties banni-  
ti, vel criminosi confugiunt ad eorum  
ecclesias, monasteria, loca sacra.

Ne indulgentias publicent, etiam an-  
tiquas, populo, absque Archiep. consen-  
su, & probatione.

Exhibitio nobis infra mensem indulgentiarum  
cuiusque ecclesiae, & vnde de il-  
lis constet.

Lectiones, & frequentia exercitia de  
casibus conscientiae in monasterijs.

Fidei professio professoribus cuiusvis  
generis artium liberalium, etiam priua-  
tis, & exhibitio testimonij ordinario.

Pulsatio campanaru quotidie pro insti-  
tutione orationis vesperinae, & matutinae.

Item Ave Maria ter in die.

Publicatio interdictorum, & eiusmodi,  
iuxta Conc. Trid. & declarationem  
Romae factam, quoties a nobis, vel a no-  
stris Vicarijs requirentur.

Vt qui sunt in diecesi, conueniant ad  
processiones generales in Parochia, vel  
plebe, vbi habent monasterium.

Concordia cum parochis in monaste-  
rijs oppidorum, & vicorum, vbi pauci  
religiosi, ne impediatur Missam, & ser-

mones Parochiales.

Ne praedicent sine facultates, benedi-  
ctionisve testimonio scripto.

Copia optimorum concionatorum  
in Ciuitatis & diecesis monasterijs sem-  
per procuranda.

Deputatio concionatorum certis lo-  
cis diecesis per annum.

Regulae concionatorum seruandae.

Institutum seruandum, ut conciones ubiq;  
inter Missam habeantur.

Ne concionatores commendent pau-  
peres sine licentia.

Persuasio populis per concionatores  
& confessores frequentis communionis.

Ne sine facultate scripta audiant con-  
fessiones.

Nota confessoriaru probatoru Archie-  
piscopo initio aduentus quadrages.

Tabella eorundem in foribus sacrifi-  
ciorum.

De confessionalibus habendis, quot-  
que, & qua formula, & quo loco ecclesiae,  
ex instructis, & V. A. (ibidem.)

Tabellae, & alia affigenda confessionali, ut  
Item capsulae remouendae. ibidem.

Superpellicum & stola in Sacramen-  
to penitentiae administrando, omnino  
saltem in ecclesia, nisi qui cappam adhi-  
bere solent in choro loco superpellicei;  
quo casu stolam tamen omnino adhibe-  
ri conueniens videtur.

Cum in ecclesijs secularibus ad aliqua  
diuina officia vocati fuerint, superpelli-  
ceo vtantur, nisi collegiatim cum Cruce  
incedant.

Auaritia cauenda in confessionibus  
audiendis.

Nihil profusus, etiam a sponte danti-  
bus eadem causa accipiant, nec eo tem-  
pore oblationes colligant, nec aliquid  
pro illis colligendis exponant.

Liber de nominibus penitentium in Pa-  
schate conficiendus, & exhibendus pro-  
prie Archiepiscopo.

Testimonia confessionis propterea dan-  
da poenitentibus, vel infirmis, toto an-  
no, & alijs in paschate.

Confessores habeant casus reseruos  
Archiep. & literas in cena Domini.

Ne se ingerat in dispensationibus occa-  
sione iubileoru, nisi facultas expresse data.  
Ne relaxent publicam penitentiam sine  
Archiepiscopi consensu.

In su-

ARSTEL



In funeralibus altercationes cum Parochiis euitent, quæ sine Christifidelium scandalo fieri non possunt; eleemosinis, & cæteris emolumentis, quæ de hac causa sibi debentur, contenti sint; & ubi aliquid incerti vel dubij fuerit, ad nos, vel Vicarium nostrum recurrant.

Altarium pallijs, ad alium usum, & præsertim in officijs mortuorum, non vtantur.

Pallia mortuorum alijs nec gratis, nec pretio prorsus commovent, sed illis tantum vtantur pro deferendis mortuis ad eorum ecclesias.

Crucem, nec Cereoferaria deferentes soluere non faciant.

Conforment se regulis clericis secularibus præscriptis à Prouincialibus, & præsertim primo, in emolumentis funeralibus quibuscunque.

Lectio inter illos singulis mensibus, vel alio certo tempore frequenter, instructionum de Sacramento penitentis editarum.

Observatio vera earundem instructionum.

Praxis instructionis primò communicantium, ex instr. impressis de Eucharist.

In monialibus subiectis regularium curæ hæc præterea curanda.

Observatio decretorum de monialibus primi Concilij Prouincialis, extensorum ad moniales subiectas regularibus auctoritate Pij IIII. & Pij V. & declar. etiam Greg. XIII.

Plena observatio decretorum Visitationis Apostolicæ circa moniales.

De sanctissima Eucharistia in altari maiori collocanda.

De fenestra inter ecclesiam interiori, & exteriori.

De Musica vel cantu non adhiberi in ecclesijs exterioribus.

De fenestris, rotis, locis colloctionum, prospectibus, ingressu monasteriorum, vel accessu, sine licentijs registratis in Archiepiscopali curia, & domibus hospitiorum, & confessoriorum, & alijs denique, præsertim ad clausuræ custodiam, vel securitatem, vel honestatem quouis modo pertinentibus.

Vt caueatur maximè frequentia, accessus, & omnis familiaritas suorum regularium ad monasteria monialium, sibi, vel alijs subiecta; ac tollantur omnino munuscula inter illos, & moniales, etiam prætextu quòd sint minima, vel de rebus pertinentibus ad cultum diuinum, vel deuotionem, & alia obsequia, & similia, vt lauandi, vel consuendi, aut reficiendi vestes, licet sacræ sint, vel aliter ad usum Ecclesiæ pertinentes. Vnde notorium est, facile contrahi familiaritates eiusmodi.

Vt ideo etiam confessorij, & superiores sine necessitate non accedant, minus verò ingrediantur clausuram, nisi in casibus omnino necessarijs.

Vt nullus eorum omnino hospitetur, cibumve capiat, aut pernoctet in hospitio monialium monasterijs annexo, præter confesorem, ac eius socium, idq; solum, quo tempore ob monialem ægotantem periculosè aut agonizantem, ita necessarium est.

Vt Gaueantur superflue impensæ monialium, vnde ære alieno postea grauantur, procurentq; singula monialium monasteria curatores aliquos pios deputatos habere pro administratione bonorum, & sæpè recognoscantur rationes, & calculi.

Sextæ partis Actorum Finis.

LETERA